EX LIBRIS



Pub. Terentij Comici nobilissimi sex: q̄ extāt: fabule. in metra legitima restitute. ac in officina Melchiaris Lotteri iam emaculatius diligentiusq; impresse.

EIVSDEM POETE EPITAPHION,

Natus in exelsis tectis Carthaginis altæ:
Romanis Ducibus bellica preda fui,
Descripsi mores hominū, iuuenumq;, senumq;:
Qualiter & serui decipiant dominos,
Quid meretrix, quid Leno dolis cōfingat auarus:
Hæc quicunq; legit: sic puto cautus erit,

τελος·

PVB, TERENTII VITA EX LIBRO PRIMO PETRI CRINITI DE POETIS LATINIS,

TErentius Poeta Comicus Carthaginensis patria fuit, Romam pductus tradit, cum in tenera ætate foret, qbus potissimū bellis id accidit, parū cōptū est, vt refert Aeli⁹ Donat⁹, ex Fenestellæ cōmentarijs. Illud ꝑ certo cōstat eū Rome diligētia Terētij Lucani patroni, accurate institutū, atqꝫ liberalibus disciplinis eruditū. Cūqꝫ facilitate ingenij, et elegātia in pmis excelleret, breui cōsequut⁹ est, vt a Terētio patrono esset manumissus. Per ea tēpora in scæna floruit, qbus pclari, atqꝫ egregij ciues Romæ habiti sunt. M, Marcell⁹. P. Scipio. Q, Fabius Maximus. neqꝫ desunt authores. qui scribāt eundē Terētiū, maxima familiaritate vixisse cū. Publi. Scip, &, C, Lælio, Sæpeqꝫ solitū apud nobiliores ciuitatis cœnitare, qua in re dum placere illis omī opera nititur. eorūqꝫ cōmodis inseruire, ad summā inopiā tradit redact⁹. Statiū ꝑterea Ceciliū, q scribēdis Comœdijs excelluit, magna diligentia obseruauit, eiqꝫ suas fabulas more veterū recitare cōsueuit, Comœdias sex cōposuit, easqꝫ ab Apollodoro, & Menādro poetis Græcis, in sermonē latinū cōuertit. tāta sermonis elegātia, et pprietate, vt eruditorū iudicio. nihil pfectius, aut absoluti⁹ in eo scribēdi genere habitū sit apud latinos. sequut⁹ ē in his. Q. Enniū. M, Plautum, & Neuiū, vt ipse testat, cū suis caluniatoribus respōdet. Phormionē, & Ecyrā ab Apollodoro trāstulit, reliqs qttuor a Menandro. Aelius Donatus, q cōplura diligētissime de hoc poeta scribit, cū alia multa in eo comēdat, tū pcipuū dicit, ꝙ in scribēdis fabulis, & arte vsus est, & vt morē antiquū retinuerit. & ita tēpauit affect⁹ vt neqꝫ ad Tragicā magnitudinē intumescat, neqꝫ abijciat ad histonicā, ꝙd minime factū ē inqt a Plauto, Afranio, & cæteris Comœdiarū scriptoribus; M. Cicero in epistola ad. T, Atticū refert Pub. Terentiū esse optimū autorē latinitatis, ciusqꝫ fabulas multos existimasse, ꝑpter elegātiā sermonis a C. Lælio scriptas, quā opinionē idē Terētius maxime videt cōfirmasse, ꝙ magis calūniatores suos in odiū traheret, sic emī refert in Adelphis fabula, sub ꝑsona ꝑlogi,

Quod illum maledictum vehemens existimant,
Eam laudem ducit maximam, cum illis placet,
Qui vobis vniuersis, & populo placent,
Quorum opera in bello, in ocio, in negotio.
Quisqꝫ tempore vsus est sine superbia.

Horatius Flaccus, veterū poetarū optimus censor, in Cecilio grauitatem, in Terentio artem constituit. quā inter cæteros Comicos mirifice excelluit, ꝙd Quintilianus videt sentire, in libris ad Marcellū Victorinū. Sed idem tū inqt maiorē gratiā habuisset, si intra Trimetros cōstitisset. Ausonius quoqꝫ Vergiliū Homero, Terentium Menādro adiūgit. eiqꝫ elegātiā latini sermonis pcipue tribuit.

Tu quoqꝫ qui Latium lecto sermone Terenti,
Comis, & astricto percurris pulpita socco,

Traditū est illum post editas aliquot Romæ fabulas, in Græciam adnauigasse, quo facili⁹ disciplinas Græcorū, atq; instituta pcipet, plurimasq; fabulas a poeta Menandro in latinum cōuertisse, quæ facto naufragio perierūt. De obitu illius varia scribunt autores. In Arcadia obijsse, cum alij plures testant̄, tum poeta Ausonius, ob nimium dolorē amissarū fabularū. quas ipse naui præmiserat. De forma illius, atq; effigie referunt̄ cōplura ab Aelio Donato, q eiusdē Comœdias magna eruditione interpretatus est. Argumenta illa, quæ Terētianis fabulis præponunt̄, a Sulspitio Apollinari illustri grammatico cōposita sunt. Quod cum alijs multis argumentis, tū maxime antiqtate Codicū pbari pōt. in qbus nomē Sulpitij legit̄.

FABVLE INTERLOCVTORES,

Simo	Senex,
Sosia	Seruus,
Dauus	Seruus,
Mysis	Ancilla.
Pamphilus	Adulescens,
Carinus	Adulescens.
Birria	Seruus.
Lesbia.	Obstetrix,
Glicerium.	Meretrix.
Chremes.	Senex,
Crito	Hospes
Dromo.	Seruus.

ANDRIA

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS. M. FVLVIO ET M. GLABRIONE AEDILIB. CVRVLIB. EGERVNT. L. AMBIVIVS TVRPIO. L. ATTILIVS PRENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII F. TIBIIS PARIBVS DEXTRIS ET SINISTRIS ET EST TOTA GRAECA. EDITA M. MARCELLO ET SVLPICIO COSS.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

Sorore falso creditam meretriculæ
Genere Andriæ Glyceriū vitiauit Pamphilus
Grauidaq; facta, dat fidem vxorem sibi
Fore hanc, nam aliam pater ei desponderat
Gnatam Chremetis, atq; vt amorem comperit,
Simulat futuras nuptias. cupiens suus
Quid haberet animi filius cognoscere.
Daui suasu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum vt vidit puerulum,
Chremes, recusat nuptias. generum abdicat.
Mox filiam Glycerium insperato agnitam,
Hanc Pamphilo dat. aliam Carino coniugem.

PROLOGVS.

Poeta cum primū animū ad scribendū appulit.
Id sibi negotij credidit solum dari.
Populo vt placerent quas fecisset fabulas.
Verum aliter euenire multo intelligit.
Nam in scribendis prologis opera abutitur.
Non qui argumentū narret: sed qui maleuoli.
Veteris poetæ maledictis respondeat.
Nunc quā rem vitio dent quæso animū aduortite.

Menander fecit Andriam, & Perinthiam,
Qui vtramuis recte norit, ambas nouerit,
Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ, ac stilo,
Quæ conuenere in Andriam, ex Perinthia
Fatetur transtulisse, atq; vsum pro suis.
Id isti vituperant factum, atq; in eo disputant,
Contaminari non decere fabulas,
Faciunt ne intelligendo vt nihil intelligant.
Qui cum hunc accusant, Neuium, Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster autores habet.
Quorum æmulari exoptat negligentiam,
Potius q; istorum obscuram diligenciam.
Dehinc vt quiescant porro moneo, & desinant
Maledicere, malefacta ne noscant sua,
Fauete, adeste æquo animo, & rem cognoscite.
Vt pernoscatis & quid spei sit reliquum.
Posthac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an exigendæ sint vobis prius,

SIMO SENEX SOSIA SERVVS

Os istæc intro auferte, abite, Sosia
Adesdum, paucis te volo, **So.** dictum puta.
Nempe vt curentur recte hæc, **Si.** immo aliud. **So.** quid est
Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius? **Si.**
Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro,
Sed his, quas semper in te intellexi sitas,
Fide, & taciturnitate, **So.** expecto quid velis, **Si.**
Ego postq; te emi a paruulo, vt semper tibi
Apud me iusta, & clemens fuerit seruitus
Scis, feci ex seruo vt esses libertus mihi,
Propterea quod seruiebas liberaliter,

Quod habui, summum precium persolui tibi, **So.**
In memoria habeo, **Si.** haud muto factum, **So.** gaudeo.
Si tibi quid feci aut facio quod placeat Simo, et
Id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam,
Sed mihi hoc molestum, nam istæc commemoratio
Quasi exprobratio est immemoris beneficij,
Quin tu vno verbo dic, quid est quod me velis, **Si.**
Ita faciam, hoc primum in hac re prædico tibi,
Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ, **So.**
Cur simulas igitur? **Si.** rem omnem a principio audies,
Eo pacto, & gnati vitam, et consilium meum
Cognosces, & quid te facere in hac re velim,
Nam is postq̄ excessit ex ephebis Sosia,
Liberius viuendi fuit potestas, nam antea
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, magister prohibebant? **So.** ita est, **Si.**
Quod pleriq; omnes faciūt adulescentuli.
Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum: aut ad philosophos,
Horum ille nihil egregie preter cætera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter,
Gaudebam, **So.** non iniuria, nam id arbitror
Apprime in vita esse vtile, vt NE QVID NIMIS.
Si. Sic vita erat, facile omnes perferre ac pati
Cum quibus erat, cunct̄ vna his sese dedere,
Eorum obsequi studijs, aduersus nemini,
Nunq̄ præponens se alijs, ita vt facillime
Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares, **So.**
Sapienter vitam instituit, namq; hoc tempore
Obsequium amicos, Veritas odium parit, **Si.**
Interea mulier quædam ab hinc triennium

Ex Andro commigrauit, huic viciniæ
Inopia, & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atq; ætate integra, **So.**
Hei vereor ne quid Andria apportet mali, **Si.**
Primum hæc pudice vitam, parce ac duriter
Agebat, lana & tela victum quæritans,
Sed postq; amans accessit precium pollicens
Vnus, & item alter (Ita vt ingenium est omnium
Hominum, a labore procliue ad libidinem)
Accepit conditionem, dehinc questum occipit.
Qui tum illam amabant, forte (vt fit) filium
Perduxere illuc secum: vt vna esset meum,
Ego met continuo mecum, certe captus est,
Habet. obseruabã mane illorum seruulos
Venientis, aut abeuntis. rogitabam heus puer
Dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? nã Andriæ
Illi, id erat nomẽ **So.** teneo **Si.** phedriã. aut Cliniã
Dicebant, aut Niceratũ, nam hi tres tum simul
Amabant. eho quid pãphilus? quid Symbolũ
Dedit, cœnauit, gaudebam, item alio die
Quærebam, cõperiebã nihil ad Pamphilũ
Quicq; attinere, enimuero spectatũ satis
Putabam, & magnũ exemplũ continentiæ
Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi.
Neq; cõmouetur animus in ea re tum,
Scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modũ,
Tum id mihi placebat, tum vno ore omnes oĩa:
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberẽ tali ingenio præditũ,
Quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes.
Vltro ad me venit, vt vnicam gnatam suam

Cum dote summa filio vxorem daret,
Placuit, despondi, hic nuptijs dictus est dies. Ho.
Quid obstat cur non veræ fiant? Si. audies
Fere in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur. Ho. o factum bene,
Beasti, heu metui a Chryside. Si. ibi tum filius,
Cum illis qui amabant Chrysidem vna aderat frequens,
Curabat vna funus, tristis interim,
Nonnunq collachrymabat, placuit tum id mihi
Sic cogitabam, hic paruæ consuetudinis
Causa, mortem huius tam fert familiariter?
Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabam esse omnia humani ingenij,
Mansuetiq; animi officia, quid multis moror?
Egomet quoq; eius causa in funus prodeo.
Nil suspicans etiã mali. Ho. hem quid est? Si. scies.
Effertur, imus, interea inter mulieres.
Quæ ibi aderant, forte vnã aspicio adulescentulã,
Forma. Ho. bona fortasse? Si. & vultu Sosia
Adeo modesto, adeo venusto vt nihil supra,
Quæ mihi tum lamentari præter cæteras
Visa est, & quia erat forma præter cæteras
Honesta ac liberali, accedo ad pedissequas,
Quæ sit rogo, sororem esse aiunt Chrysidis.
Percussit ilico animum, at at: hoc illud est,
Hinc illæ lachrimæ, hæc est illa misericordia. Ho.
Quam timeo quorsum euadat. Si. funus interim
Procedit, sequimur, ad sepulchrum venimus,
In ignem positast, fletur, interea hæc soror
Quam dixi, ad flammã accessit imprudentius
Satis cum periculo, ibi tum exanimatus Pamphilus

Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat.
Adcurrit, mediam mulierem complectitur.
Mea Glyceriũ. inquit. quid agis? cur te is perditũ?
Tum illa (vt consuetũ facile amorẽ cerneres)
Reiecit se in eum, flens q̃ familiariter. So.
Quid ais? Si. redeo inde iratus. atq; ægre ferens.
Nec satis ad obiurgandũ causæ diceret.
Quid feci? quid cõmerui? aut peccaui pater?
Que se voluit in ignem iniicere, prohibui.
Seruaui. honesta ratio est. So. recte putas.
Nam si illum obiurges, vitæ qui auxiliũ tulit.
Quid facies illi, qui dederit damnũ, aut malũ? Si.
Venit Chremes postridie ad me clamitans.
Indignũ facinus comperisse Pamphilũ
Pro vxore habere hanc peregrinã. ego illud sedulo
Negare factum. ille instat factum. deniq;
Ita tum discedo ab illo, vt qui se filiam
Neget daturũ. So. nõ tu ibi gnatũ? Si. nec hæc quidẽ
Satis vehemẽs causa ad obiurgãdũ. So. qui cedo? Si.
Tu te his rebus finem præscripsisti pater.
Prope adest cum alieno more viuendũ est mihi,
Sine nunc meo me viuere interea modo. So.
Quis igitur relictus est obiurgandi locus? Si.
Si propter amorẽ vxorem nolit ducere.
Ea primũ ab illo animaduertendã iniuriast.
Et nunc id operã do. vt per falsas nuptias
Vera obiurgandi causa sit, si deneget.
Simul sceleratus Dauus si quid consilij.
Habet vt colsumat. nunc cũ nihil obsint doli.
Quẽ ego credo manibus, pedibusq; obnixe omnia,
Facturũ. magis id adeo mihi vt incõmodet

Quã vt obsequat̃ gnato. So. quapropter? Si. rogas?
Mala mens, malus animus, quem quidẽ ego si sensero,
Sed quid opus est verbis? sine eueniat quod volo,
In Pamphilo vt nihil sit moræ, restat Chremes,
Qui mihi exorandus est, & spero confore.
Nunc tuum est officium, has bene vt assimules nuptias,
Perterrefacias Dauum, obserues filium,
Quid agat, quid cum illo consilij captet. So. sat est.
Curabo, eamus iam nunc intro. Si. I, præ sequar.

SIMO. DAVVS.

n On dubium est quin vxorem nolit filius.
Ita Dauum modo timere sensi, vbi nuptias.
Futuras esse audiuit, sed ipse exit foras. Da.
Mirabar hoc si sic abiret. & heri semper lenitas
Verebar quorsum euaderet.
Qui postq̃ audierat non datum iri vxorem filio suo.
Nunq̃ cuiq̃ nostrum verbum fecit, neq̃ id ægre tulit. Si.
At nunc faciet, neq̃ (vt opinor) sine tuo magno malo. Da.
Id voluit nos sic nec opinantes duci falso gaudio.
Sperantis iam amoto metu inter oscitantes opprimi,
Ne esset spaciũ cogitandi ad disturbandas nuptias,
Astute. Si. carnifex q̃ loq̃t? Da. herus est, neq̃ p̃uiderã. Si.
Daue. Da. hem q̃d est? Si. ehodũ ad me Da. q̃d hic vult?
Si. quid ais? Da. quã de re? Si. rogas?
Meum gnatũ rumor est amare. Da. id popul⁹ curat scilicet. Si.
Hoccine agis an nõ? Da. ego vero istoc. Si. sed nũc ea me exq̃-
Iniq̃ p̃ris est, nam q̃d antehac fecit, nihil ad me attinet. (rere.
Dum tempus ad eam rem tulit, siui animum vt expleret suum.
Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat,
Dehinc postulo, et si æquũ ẽ te oro Daue, vt redeat iã in viã Da.
Hoc q̃d sit miror? Si. oẽs q amãt grauit̃ sibi dari vxorẽ ferũt. Da.

Ita aiunt, **SI.** tum si quis magistrum cœpit ad eā rem improbū;
Ipsum animū ægrotū ad deteriorē partem plerūq; applicat. **DA.**
Nō hercle itelligo, **SI.** nō? hē, **DA.** Dauus sū, nō œdip⁹, **SI.**
Nēpe ergo aperte vis quæ restant me loqui: **DA.** sane qdē, **SI.**
Si sensero hodie quicq; in his te nuptijs fallaciæ
Conari, quo fiant minus, aut velle in ea re ostendere q; sis callidus
Verberibus cæsum te Daue in pistrinum dedam vsq; ad necem,
Ea lege atq; omine, vt si te inde exemerim, ego pro te molam,
Quid, hoc intellextin? an nōdū ne etiā hec qdē? **DA.** imo callide
Ita aperte ipsam rem modo locutus, nil circuitione vsus es, **SI.**
Vbi vis facili⁹ passus sim q; in hac re me deludier. **DA.**
Bona verba quæso, **SI.** irrides? nihil me fallis, sed dico tibi
Ne temere facias, neq; haud tu dicas tibi non predictum, caue,

DAVVS SOLVS,

e Nimuero Daue nihil loci est segnitiæ, neq; socordiæ,
Quantum intellexi modo senis sententiam de nuptijs,
Quæ si non astu prouideatur, me aut herum pessundabunt,
Nec quid agam certum est, Pamphilū ne adiutē, an auscultē seni,
Si illum relinquo, eius vitæ timeo, sin opitulor, huius minas,
Cui verba dare difficile est, primum iam de amore hoc comperit,
Me infensus obseruat, ne quam faciam in nuptijs fallatiā,
Si senserit perij: aut si libitum fuerit causam cœperit,
Quo iure, quaq; iniuria precipitem me in pistrinum dabit.
Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam, hæc Andria
Siue ista vxor, siue amica est, grauida e Pamphilo est.
Audireq; eorum est operæprecium audaciam,
Nam inceptio est amentium, haud amantium,
Quicquid peperisset decreuerunt tollere.
Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,
Ciuem Atticam esse hanc. Fuit olim quidam senex
Mercator, nauem is fregit apud Andrum insulam,

Is obijt mortem, ibi tum hanc eiectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam paruam, fabulæ,
Mihi quidem hercle non fit verisimile,
Atq; ipsis cōmentū placet, sed Mysis ab ea egreditur,
At ego hinc me ad forum vt cōueniam Pamphilum,
Ne de hac re pater imprudentem opprimat.

MYSIS ANCILLA,

Vdiui Archyllis iam dudū Lesbiam adduci iubes,
a Sane pol illa temulenta est mulier, & temeraria,
Neq; satis digna, cui committas primo partu mulierem,
Tamen adducam eam, importunitatem spectate Aniculæ,
Quia compotrix eius est, Di date facultatem obsecro
Huic pariundi, atq; illi in alijs potius peccandi locum,
Sed quid nam Pamphilum exanimatum video? vereor quid fiet,
Opperiar, vt sciam nūc quid nam hæc turba tristitiæ adferat.

PAMPHILVS, MYSIS,

Occine est humanū factum, aut inceptum, hoccine ē offi
h cium patris? Mi. Quid illud est? Pam.
Proh deū atq; hominū fidem, quid est si hæc contumelia non est?
Vxorem decreat sese dare mihi hodie, nonne oportuit
Præscisse me ante? nonne prius communicatum oportuit? Mi.
Miserā me, q̄d verbū audio Pa. Quid Chremes? q denegarat
Se commissurum mihi gnatam suam vxorem, id mutauit, quia
Me immutatum videt, ita ne obstinate operam dat, vt
Me a Glycerio miserum abstrahat? quod si fit, pereo funditus
Adeon hominem inuenustū esse, aut infelicem quenq̄ vt ego sum,
Proh deum atq; hominum fidem, nullon ego
Chremetis pacto affinitatem effugere potero? quot modis
Contemptus, spretus, facta, transacta omnia, hem
Repudiatus repetor, quā ob rem, nisi id est quod suspicor,
Aliquid monstri alunt, ea quoniam nemini obtrudi potest,

Itur ad me My. oratio hæc me misera exanimat metu. Pam.
Nam quid ego nunc dicam de patre? ah tantam ne rem
Tam negligenter agere? præteriens modo mihi apud forum
Vxor tibi ducenda est Pāphile hodie inquit, para, abi domū,
Id mihi visus est dicere, abi cito, ac suspende te,
Obstupui, censen me verbū potuisse vllum proloqui?
Aut vllā causam ineptā, saltē falsam: iniquā? obmutui,
Quid si ego rescissem id prius, qd facerē si qs me nūc roget?
Aliud facerem, vt hoc ne facerē, sed nunc quid primū exequar?
Tot me impediūt curæ: quæ meum animū diuorse trahunt.
Amor, misericordia huius, nuptiarum solicitudo,
Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo vsq adhuc,
Quæ meo cunq animo libitum est facere, ei ne ego vt
Aduerser? hei mihi incertum est quid agam. My.
Misera timeo incertū hoc quorsum accidat, sed nunc popust.
Aut hūc cū ipsa, aut aliquid de illa me aduersus hunc loqui.
Dū in dubio est aīm², paulo momēto hūc vel illuc ipellit. Pam.
Quis hic loqt? Mysis salue My. o salue Pāphile Pa. qd agitur?
Laborat ē dolore, atq ex hoc misera solicita ē die. My. rogas?
Quia olim in hunc sunt cōstitutæ nuptiæ. tū aūt hoc timet.
Ne deseras se. Pam. Hem ego ne istuc conari queam?
Egon propter me illam decipi miseram sinam?
Quæ mihi suum animū, atq omnem vitam credidit.
Quā ego animo egregio charam pro vxore habuerim,
Bene, & pudice eius ductum, atq educatum sinam
Coactum egestate ingenium immutarier.
Non faciam My. haud vereor si in te solo sit situm
Sed vim pris vt ne qas ferre. Pa. adeon me ignauū putas?
Adeon porro ingratū? aut inhumanū? aut ferum?
Vt neq me consuetudo, neq amor, neq pudor
Cōmoueat, neq cōmoneat vt seruem fidem? My.

Vnum hoc scio hanc meritã esse. vt memor esses sui **Pa.**

Memor essem? o Mysis, Mysis, etiam nunc mihi.

Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis

De Glycerio: iam ferme moriens me vocat,

Accessi, vos semotæ, nos soli, incipit.

Mi Pãphile, huius formã. atq; ætatem vides

Nec clam te est q̃ illi nunc vtræq; res inutiles,

Et ad pudicitiã. & ad rem tutandã sient,

Quod ego per hanc te dextrã oro, & Geniũ tuũ,

Per tuam fidem, perq; huius solitudinẽ

Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras,

Si te in germani fratris dilexi loco,

Siue hæc te solũ semper fecit maximi.

Seu tibi morigera fuit in rebus omibus.

Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem.

Bona nostra hæc tibi cõmitto. & tuæ mando fidei.

Hanc mihi in manũ dat, mors cõtinuo ipsam occupat,

Accepi, acceptã seruabo. **My.** ita spero quidẽ. **Pam.**

Sed cur tu abis ab illa? **My.** obstetricẽ accerso. **Pam.** ppera

Atq; audin verbum vnum caue de nuptijs,

Ne ad morbum hoc etiam. **My.** teneo,

Actus Secundus

CARINVS. BIRRIA. PAMPHILVS.

Vid ais Birria? datˀ ne illa Pãphilo hodie nuptũ? **Bi.**

Sic est. **Ca.** q̃ scis? **Bi.** apud foꝝ mõ e Dauo audiui,

Vt aiˀ in spe atq; timore vsq; anhac attetˀ fuit (**Ca.** ve misero mihi

Ita postq̃ adepta spes est. lassus cura & cõfectus stupet **Bi.**

Quæso ædepol Carine, qm̃ nõ potest id fieri quod vis. id velis.

Quod possit. **Ca.** nihil volo aliud nisi Philomenã. **Bi.**

Ah quanto satius est te id dare operam.

Qui istum amorem ex animo amoueas tuo.

Quam id loqui, quo magis libido frustra incendatˀ tua **Ca.**

Facile om̄es cum valemus, recta cōsilia ægrotis damus.
Tu si hic sis, aliter sentias. **Bi.** age age vt lubet. **La.** sed Pamphilū
Video, om̄ia experiri certū est prius ꝙ pereo **Bi.** qd hic agit? **La.**
Ipsum hūc orabo. huic supplicabo, amorē huic narrabo meum.
Credo impetrabo, vt aliquot saltem nuptijs prodat dies,
Interea fiet aliqd spero. **Bi.** id aliqd nihil est. **La.** Birria
Quid tibi videt? adeon ad eum? **Bi.** qd ni si nihil impetres
Vt te arbitret sibi paratū mechū si illā duxerit. **La.**
Abi hinc in malā crucē cum suspitione istac scelus **Pam.**
Carinum video. salue. **La.** o salue Pamphile,
Ad te venio, spē. salutē, auxiliū. cōsiliū expetens **Pam.**
Neq pol consilij locum habeo. neq auxilij copiā,
Sed istuc qd nā ē? **La.** hodie vxorē ducis **Pa.** aiūt **La.** pāphile
Si id facis. hodie postremū me vides **Pa.** qd ita? **La.** hei mihi
Vereor dicere huic, dic qso Birria **Bi.** ego dicā **Pa.** qd ē? **Bi.**
Spōsam hic tuā amat **Pa.** ne iste haud mecū sentit. ehodū dic mihi
Nunqd nā ampliꝰ tibi cū illa fuit Carine? **La.** ah Pamphile.
Nihil **Pa.** ꝙ vellē, **La.** nunc te p amicitiā. et p amorē obsecro.
Principio vt ne ducas. **Pa.** dabo eqdē opā **La.** sed si id nō pōt.
Aut tibi hæ nuptiæ sunt cordi **Pa.** cordi? **La.** saltē aliquot dies.
Profer. dum pficiscor aliquo, ne videā **Pa.** audi nunciam
Carine, ego neutiq officiū liberi esse hominis puto,
Qum is nihil promereat. postulare id gratiæ apponi sibi,
Nuptias effugere ego istas malo. ꝙ tu adipiscier **La.**
Reddidisti aīmū **Pa.** nūc siquid potes, aut tu, aut hic Birria
Facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi,
Ego id agā, mihi qui ne det **La.** sat habeo **Pa.** Dauū optime
Video, cuius cōsilio fretus sum **La.** an tu hercle haud qcq̄ mihi
Nisi ea quæ nihil opꝰ sunt scire? fugin hinc **Bi.** ego vero ac lubēs

DAVVS. CARINVS. PAMPHILVS.

d

Il boni, boni qd porto? sed vbi inueniā Pamphilū,

Vt metū in quo nunc est adimā, atq̧ expleā animū gaudio. La.
Lætꝰ est, nescio qd, Pa. nihil ē, nōdū hæc resciuit mala, Da.
Quem ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas nuptias, La
Audin tu illum? Da. toto me oppido exanimatum quærere,
Sed vbi querā? aut q̄ nūc pmū intēdā? La. cessas alloq? Da.
Abeo, Pa. Daue ades, resiste Da. qs hō ē q me vocat? o pāphi,
Te ipsum quæro, euge Carine, ābo oportūe, vos volo, Pa.
Daue perij, Da. quin tu hoc audi, Pa. interij, Da. quid
timeas scio, La. Mea quidem hercle,
In dubio est vita, Da. et qd tu, scio, Pa.
Nuptiæ id mihi, Da. & scio, Pa. hodie, Da. obtūdis, tā&
Id pcaues, ne ducas tu illā, tu aūt vt ducas, La. re tenes, P. (si itelligo,
Istuc ipsum, Da. atq̧ istuc ipsū nihil pcli est me vide, Pa.
Obsecro q̄primum hoc me libera miserum metu, Da. hē libero
Vxorē tibi nō dat iā Chremes, Pa. q scis? Da. scio tuus pat
Modo me prehendit, ait tibi vxorem dare sese hodie,
Item alia multa, que non est narrandi locus,
Continuo ad te properans, percurro ad forum vt dicam tibi hæc.
Vbi te non inuenio ibi, ascendo in quendam excelsum locum,
Circumspicio, nusq̄, forte ibi huius video Birriam,
Rogo, negat vidisse se, mihi molestum, quid agam cogito,
Redeunti interea ex ipsa re mihi incidit suspicio, hem
Paululum obsonij, ipsus tristis, de improuiso nuptiæ
Nō coherēt, Pa. quorsū nā istuc? Da egomet continuo ad
Cū illoc aduenio, solitudo añ hostiū, iā id gaudeo, La (Chremē,
Recte dicis Pa. perge, Da. maneo, interea introire neminem
Video, exire neminem, matronam nullam in ædibus,
Nihil ornati, nihil tumulti, accessi intro, aspexi, Pa. scio
Magnum signum, Da non vident cōuenire hæc nuptijs, Pa
Non opinor Daue, Da. opinor narras, non recte accipis,
Certa res est, etiam puerum inde abiens conueni Chremis,
Olera et pisciculos minutos ferre obolo in cenam seni. Ca.

Liberatus sum hodie Daue tua opa Da. ac nullus qdē sum La.
Quid ita? nempe huic prorsus illā nō dat Da. ridiculū caput.
Quasi necesse sit si huic non dat, te illam vxorē ducere,
Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis La. bene mones,
Ibo tametsi hercle sæpe me et mea spes hic frustrata est. vale.

PAMPHILVS. DAVVS.

Vid igit Daue sibi vult pr? cur simulat? Da. ego dicā tibi
q Si id succenseat, nunc quia non dat tibi vxorē Chremes,
Ipsus sibi esse iniurius videat, neq id iniuria.
Prius q̄ tuū animū vt sese habeat ad nuptias pspexerit,
Sed si negaris ducere. ibi culpā omēm in te trāsferet,
Tū illæ turbæ fiet Pa. qd vis patiar? Da. pr est Pāphile.
Difficile ē ei verba dare. tū hæc sola ē mulier, dictū ac factū iuenerit
Aliq̄ cām, quā ob rē eiciat oppido Pa. eiciat? Da. cito. Pa.
Cedo igit qd faciā Daue? Da. dic te ducturū Pa. hē. Da. qd ē
Pa. Ego ne dicā? Da. cur nō? Pa. nō faciā Da. ne nega Pa.
Suadere noli Da. ex ea re quid fiat vide. Pa.
Vt ab illa excludar, hac cōcludar Da. non ita est.
Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem.
Ducas volo vxorem hodie, tū ducam inquies.
Cedo quid obiurgabit tecū? hic reddes omnia,
Quæ nunc sunt certa ei cōsilia, incerta vt sient,
Sine omi periculo, nam haud dubiū est quin Chremes
Tibi non det gnatam, nec tu ea causa minueris
Hæc quæ facis, ne is suam mutet sententiā,
Patri dic velle te, vt cū velit tibi iure irasci non queat
Nam quod tu speras, ppulsabo facile, vxorē his moribus.
Dabit nemo, inueniet inopē potius q̄ te corrūpi sinat.
Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentē feceris.
Alia otiosus quæret. interea aliquid acciderit boni Pa.
Itan credis? Da. haud dubiū id qdē est. Pa. vide quo me idu-

cas. **Da.** quin taces? **Pam.** Dicam,
Puerũ aũt ne resciscat mihi esse ex illa cautio est,
Nã pollicitus sum suscepturũ **Da.** o facinꝰ audax **Pa.** hãc fidẽ.
Sibi me obsecrauit, qui se sciret non deserturũ vt darẽ **Da.**
Curabit, sed pater adest, caue te esse tristem sentiat. **Pa.** faciam.

SYMO. DAVVS. PAMPHILVS,

Eniso quid agant, aut quid captent consilij **Da.**
Hic nunc non dubitat quin te ducturũ neges.
r
Venit meditatus alicunde ex solo loco.
Rationem sperat inuenisse se.
Qua differat te, proin tu fac apud te vt
Sies, **Pa.** modo vt possim Daue, **Da.** crede inquã hoc mihi,
Pamphile, nunq̃ hodie tecum cõmutaturũ patrem
Vnum esse verbum, si te dices ducere.

BIRRIA. SIMO. DAVVS. PAMPHILVS,

Erus me relictis rebus omnibus iussit Pamphilum
h
Hodie obseruare, vt quid ageret de nuptijs
Scirem, id propterea nunc hunc venientem sequor.
Ipsum adeo præsto video cum Dauo, hoc agam. **Bi.**
Vtrunq; adesse video **Da.** hem serua **Bi.** Pamphile, **Da.**
Quasi de improuiso respice ad eum **Pa** hem pater? **Da.**
Probe. **Bi.** hodie vxorem ducas vt dixi volo **Bi**
Nunc nostræ timeo parti quid hic respondeat **Pa,**
Neq; istic, neq; alibi tibi vsq; erit in me mora. **Bi.** hem, **Da**
Obmutuit. **Bi** quid dixit? **Bi.** facis vt te decet.
Cum istuc quod postulo impetro cũ gratia. **Da**
Sum verus, **Bi** herus (quantũ audio) ab vxore excidit. **Bi.**
I nunc iam intro, ne in mora, cum opus sit, sies. **Pam.**
Eo. **Bi.** nullã ne in re esse homini cuiq; fidem,
Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet.
Omnes sibi esse melius malle q̃ alteri.

Ego illam vidi virginem, forma bona
Memini videre, quo æquior sum Pamphilo,
Si se illam insomnis q̄ illum amplecti maluit.
Renunciabo, vt pro hoc malo mihi det malum.

DAVVS. SIMO.

Ic nunc me credit aliquā sibi fallaciā,
Portare, & ea me hic restitisse gratia. Si.
Quid Dauus narrat, Da. æque qcq̄ nunc quidē. Si.
Nihil ne? hem? Da. nihil prorsus, Si. atq expectabā qdē. Da.
Præter spē euenit huic sentio, hoc male habet virū Si.
Potin es mihi verū dicere? Da. nihil facilius Si
Num illi molestæ quidpiam hæ sunt nuptiæ.
Propter huiuscæ hospitæ cōsuetudinem, Da.
Nihil hercle, aut si adeo, biduū aut triduū est,
Hæc solicitudo, nostin? deinde desinet.
Etenim ip⁹ secū eam rem recta reputauit via Si
Laudo Da. dum licitū est ei, dumq; ætas tulit
Amauit, tum id clam cauit, ne vnq̄ infamiæ,
Ea res sibi esset, vt virum fortem decet.
Nunc vxore opus est, animū ad vxorem appulit Si
Subtristis visus est esse aliquantulū mihi Da
Nihil, ppter hanc rem, sed est quod succēseat tibi Si
Quid nā ē? Da. puerile ē, Si qd ē? Da. nihil Si qn dic qd ē,
Da. Ait te nimiū parce facere sūptū Si. me ne? Da. te
Vix inquit drachmis est obsonatus decem,
Non filio videtur vxorem dare.
Quem inquit vocabo ad cœnam meorū æqualium
Potissimum nunc, & quod dicendū hic siet.
Tu quoq; perparce nimiū, non laudo Si tace Da.
Commoui Si ego istæc recte vt fiant videro,
Quid nam hoc rei est, quid hic vult veterator sibi,

Nam si hic mali est qcq̃ (hem) illic est huic rei caput,

MYSIS. SIMO. DAVVS. LESBIA. GLYCERIVM.

Ta pol quidem res est (vt dixti) Lesbia,
Fidelem haud ferme mulieri inuenias virũ. **Si.**
Ab andria est ancilla hæc. quid narrat? **Da.** ita st. **My.** sed
Hic Pãphilus **Si.** qd dicit? **My.** firmauit fidẽ. **Si.** hem **Da.**
Vtinã aut hic surdus, aut hæc muta facta sit. **Mi.**
Nam quod peperisset iussit tolli **Si.** o Iupiter
Quid ego audio? actũ est, si quidẽ hæc vera prædicat **Le.**
Bonũ ingeniũ narras adulescentis **My.** optumũ,
Sed seq̃re me intro, ne in mora illi sies cũ op⁹ sit. **Le.** sequor **Da.**
Quod remediũ nunc huic malo inueniã? **Si.** quid hoc?
Adeon est demẽs ex peregrina? iam scio, ah
Vix tandẽ sensi stolidus **Da.** quid hic sensisse se ait? **Si.**
Hæc primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia,
Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant, **Gly.**
Iuno lucina fer opem, serua me obsecro, **Si.**
Hui tam cito. ridiculum, postq̃ ante hostium,
Me audiuit stare, adproperat, non sat commode
Diuisa sunt temporib⁹ tibi Daue hæc, **Da.** mihin? **Si.**
Num immemor es discipuli? **Da.** ego quid narres nescio **Si.**
Hiccine me si imparatum in veris nuptijs
Adortus esset, quos mihi ludos redderet?
Nunc huius periculo fit, EGO IN PORTV NAVIGO,

LESBIA. SIMO, DAVVS,

Dhuc Archyllis quæ adsolent, quæq; oportet
Signa esse ad salutem, omnia huic esse video,
Nunc primum fac istæc vt lauet, post deinde
Quod iussi ei date bibere, & quantum imperaui.
Mox ego huc reuertar,
Ecastor scitus puer est natus e Pamphilo,

Deos quæso vt sit supstes, qñ quidē ipse est ingenio bono,
Cuīq; huic veritus est optime adulescēti facere iniuriā. Si.
Vel hoc quis non credat, qui te norit, abs te esse ortum? Da. qd
Non impabat corā qd opus facto esset puerperæ. (nā id ē Si.
Sed postq̄ egressa est, illis quæ sunt intus clamat de via.
O Daue itan cōtemnor abs te? aut ita ne tandē idoneus
Tibi videor esse, quē tam aperte fallere incipias dolis,
Saltem accurate, vt metui videar, certe si rescierim. Da.
Certe hercle nunc ipsus se fallit, haud ego. Si. edixin tibi?
Interminatus sum ne faceres? num veritus, qd retulit,
Credon tibi hoc, nūc peperisse hanc e Pāphilo? Da.
Teneo qd erret, qd agā habeo. Si. quid taces? Da.
Quid credas? q̄si nō rennunciata tibi sint hæc sic fore? Si.
Mihin quisq̄? Da. eho an tu tē intellexti hoc assimularier? Si.
Irrideor. Da. denūciatū est, nā q̄ istæc tibi incidit suspitio? Si.
Qui? qa te norā Da. quasi tu dicas factū id cōsilio meo Si.
Certe enī scio Da. nō satis me pnosti etiā qualis sim Simo. Si.
Ego ne te? Da. sed siqd tibi narrare occepi, cōtinuo dari
Tibi verba cēses Si. falso. Da. itaq; nihil hercle mutire iam au-
Hoc ego scio vnū, neminē pepisse hic Da. itellextin? (deo. Si.
Sed nihilo secus puerum deferent huc ante hostiū,
Id ego iam nunc tibi renuncio here futurū vt scis sciens,
Ne tu hoc mihi posterius dicas, Daui factū cōsilio, aut dolis,
Prorsus a me opinionē hanc tuam esse amotā volo Si.
Vnde id scis, Da. audiui, & credo Si. multa cōcurrūt simul
Qui cōiecturā hāc nūc facio, iam prius hæc se e Pamphilo
Grauidā dixit esse, inuentū est falsum, nunc postq̄ videt
Nuptias domi apparari, missa est ancilla ilico,
Obstetricē accersitū ad eā, & puerū vt adferat simul. Da. (ais, cū
Hoc nisi fit puer, vt tu videas, nihil mouet nuptiæ. pāphi, Si qd
Intellexeras id cōsiliū capere, cur nō dixti extēplo pāphilo Da.

Quis igitur eũ ab illa abstraxit nisi ego? nam omnes nos quidem,
Scimus q̃ misere hanc amarit, nunc sibi vxorem expetit,
Postremo id mihi da negoti, tu tamen idem has nuptias
Perge facere ita vt facis, & id spero adiutores deos, **Si.**
Immo abi intro, ibi me opperire, & quod parato opus est, para,
Non impulit me hic nunc omnino vt crederem,
Atq; haud scio, an quæ dixit sint vera omnia,
Sed paruipendo, illud mihi multo maximum est,
Quod mihi pollicitus est ipsus gnatus. Nunc Chremetẽ
Conueniam, orabo gnato vxorem, si impetro,
Quid alias malim, q̃ hodie has fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicitus est, haud dubium id est mihi,
Si nolit, quin eum merito possim cogere,
Atq; adeo in ipso tempore eccum ipsum obuiam,

SIMO CHREMES.

Vbeo Chremetẽ, **Ch.** o te ipm quærebã, **Si.** et ego te, **Ch.** optato aduenis,
Aliquot me adierunt, ex te auditum qui aiebant hodie filiam,
Meam nubere tuo gnato, id viso, tu ne an illi insaniant, **Si.**
Ausculta paucis, & qd ego te velim, et tu quod quæris scies, **Ch.**
Ausculto, loquere quid velis, **Si.**
Per ego te deos oro, & nostram amicitiam Chreme,
Quæ incepta a paruis, cum ætate accreuit simul,
Perq; vnicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cui⁹ tibi potestas summa seruandi datur,
Vt me adiuues in hac re, atq; ita vt nuptiæ
Fuerant futuræ fiant, **Ch.** ah ne me obsecra,
Quasi hoc te orando impetrare a me oporteat,
Alium esse censes nunc me, atq; olim cum dabam?
Si in rem est vtriq; vt fiant, accersi iube,
Sed si ex ea re plus mali est, q̃ commodi

Vtriq;, id te oro, in cõmune vt consulas,
Quasi illa tua sit, Pãphiliq; ego sim pater. **Si.**
Immo ita volo, itaq; postulo. vt fiat Chreme.
Neq; postulẽ abs te, ni ipsa res moneat. **Ch.** quid est? **Si.**
Iræ sunt inter Glyceriũ & gnatũ. **Ch.** audio. **Si.**
Ita magnæ, vt sperẽ posse auelli. **Ch.** fabulæ. **Si.**
Profecto sic est. **Ch.** sic hercle vt dicam tibi.
Amantiũ iræ, Amoris redi integratio est. **Si.**
Hem id te oro, vt ante eamus dum tempus datur,
Dumq; eius libido occlusa est contumelijs.
Priusq̃ harũ scelera. & lachrymæ confictæ dolis.
Reducant animũ ægrotum ad misericordiã.
Vxorem demus. spero consuetudine.
Et coniugio liberali deuictũ Chreme.
Dein facile ex illis sese emersurũ malis. **Ch.**
Tibi ita hoc videtur, at ego non posse arbitror.
Neq; illũ hanc ꝑpetuo habere, neq; me perpeti. **Si.**
Qui scis ergo istuc, nisi periculũ feceris? **Ch.**
At istuc periculũ in filia fieri graue est. **Si.**
Nempe incõmoditas deniq; huc omnis redit.
Si eueniat (quod Di prohibeant) discessio,
At si corrigatur. quot cõmoditates inde.
Principio amico filium restitueris,
Tibi generum firmũ. & filiæ inuenies virũ. **Ch.**
Quid istic? si ita istuc animũ induxti esse vtile.
Nolo tibi vllũ cõmodũ in me claudier. **Si.**
Merito te semper maximi fœci Chreme. **Ch.**
Sed qd ais? **Si.** qd? **Ch.** q̃ scis eos nũc discordare inter se? **Si.**
Ipsus mihi Dauus, qui intimus est eorũ consilijs,
Dixit, & is mihi persuadet nuptias.
Quantũ queam vt maturẽ, num (censes) faceret, filiũ

ANDRIA.

Nisi sciret, eadem hæc velle? tute adeo iam eius audies

Verba, heus euocate huc Dauum atq; eccum video foras exire,

DAVVS, SIMO, CHREMES,

a D te ibã, **Si.** qd nã est? **Da.** cur vxor non accersit?

Iam aduesperascit, **Si.** audin tu illũ? ego dudũ nõ nihil

Veritus sum Daue abs te ne faceres idẽ quod vulgus seruorũ solet,

Dolis vt me deluderes. propterea quod amat filius, **Da.**

Ego istuc facerem? **Si.** credidi, idq; adeo metuens

Vos celaui quod nunc dicam, **Da.** quid est? **Si.** scies,

Nã ꝓpemodũ habeo iã tibi fidẽ, **Da.** tandẽ cognosti q sĩe **Si.**

Non fuerant nuptiæ futuræ, **Da.** quid non? **Si.** sed ea gratia

Simulaui, vos vt ꝑtentarẽ, **Da.** qd ais? **Si** sic res est **Da** vide,

Nunquam istuc quiui ego intelligere, vah consiliũ callidũ, **Si.**

Hoc audi, vt huc te ĩtroire iussi, oportũe hic mihi fit obuiã, **Da.**

Hem nũ nã ꝑim⁹? **Si.** narra huic, q̃ tu dudũ narrasti mihi **Da.**

Quid nã audio? **Si** gnatã vt det oro, vixq; id exoro. **Da** occidi

Ch hẽ, qd dixti? **Da** optũe inq̃ factũ **Si.** nũc ꝑ hũc nulla ẽ mo

Domũ nũc ibo, vt apparẽt dicã, atq; huc renũcio **Si.** (ra. **Ch.**

Nũc te oro Daue, qm̃ solus mihi effecisti has nuptias **Da.**

Ego vero sol⁹ **Si.** corrigere mihi gnatũ porro enitere **Da.**

Faciã hercle sedulo **Si.** potes nũc dũ anim⁹ irritat⁹ est. **Da.**

Quiescas **Si.** age igit. vbi nũc ẽ ipus? **Da.** mir̃ ni domi ẽ. **Si.**

Ibo ad eũ, atq; eadẽ hæc q̃ tibi dixi, dicã itidẽ illi **Da.** null⁹ sum.

Quid causę est, quin hinc in pistrinũ recta proficiscar via,

Nihil est preci loci relictũ. iam perturbaui omnia.

Herum fefelli, in nuptias cõieci herilem filium.

Feci hodie vt fierẽt? insperãte hoc. atq; inuito Pamphilo.

Hem astutias. quod si quiessem, nihil euenisset mali.

Sed eccum ipsum video, occidi, vtinam mihi

Esset aliquid hic, quo nunc me præcipitem darem.

PAMPHILVS. DAVVS.

Bi illic est scelus qui me perdidit? **Da.** perij, **Pa.** atq; hoc confiteor,
Iure mihi obtigisse, q̃nquidem tam iners, tam nulli consilij.
Sum, seruon fortunas meas me commisisse futili?
Ergo p̃ciũ ob stulticiã fero, sed inultũ id nunq̃ a me auferet **Da.**
Posthac icolumẽ sat scio fore me hoc nũc si deuito malũ, **Pam.**
Nam quid ego nunc dicam patri, negabo velle me, modo
Qui sum pollicitus ducere, qua fiducia facere id audeam?
Nec q̃d me nũc faciã scio, **Da.** nec me quidẽ, atq; id ago sedulo,
Dicã aliq̃d iã me inuẽtum: vt huic malo aliquã p̃ducã morã, **Pa.**
O he, **Da.** visus sum, **Pa.** ehodũ bone vir quid agis? viden me tuis consilijs,
Miserum impeditum esse? **Da.** at iam expediam, **Pam.** expedies, **Da.** certe Pamphile, **Pam.**
Nẽpe vt mõ, **Da.** imo meli⁹ spero, **Pa.** oh tibi ego vt credam
Tu rẽ impeditã, & perditã restituas? hẽ q̃ fretus siem? (furcifer?
Qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias
An nõ dixi hoc eẽ futurum **Da** dixti, **Pa** q̃d merit⁹ es **Da** crucẽ
Sed si paululũ ad me redeã, iam aliquid dispiciã, **Pa.** hei mihi,
Cur non habeo spacium, vt de te sumam supplicium vt volo,
Namq; hoc tẽpus præcauere monet me, haud de te vlcisci sinit,

CARINVS, PAMPHILVS, DAVVS,

Occine est credibile, aut memorale,
Tanta vecordia innata cuiq; vt siet,
Vt malis gaudeat, alienis atq; ex incommodis.
Alterius, sua vt comparet commoda? ah
Id ne est verum? immo id est genus hominũ pessimũ.
In denegando modo quis pudor paululũ adest.
Post vbi tempus est promissa iam perfici,
Tum coacti necessario se aperiunt,
Et timent, et tamen res cogit eos denegare, ibi,

Tum eorum impudentissima oratio est,
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus
Proxumus sum ego met mihi, attamen vbi fides est
Si roges, nihil pudet. hic vbi opus est
Non verentur, illic vbi nihil opus est, ibi
Verent̄, sed quid agam? adeam ne ad eum? vt cum eo,
Iniuriam hanc expostulem? ingeram mala.
Multa, atq; aliquis dicat, nihil promoueris
Multū molestus certe ei fuero, atq; animo morē gessero **Pa.**
Carine, & me, & te imprudēs (nisi qd Dij respiciūt) perdidi. **Ca.**
Ita ne imprudēs? tandē inuenta est causa soluisti fidē. **Pa.**
Quid tandē, **Ca.** etiā nūc me seducere istis dictis postulas: **Pa**
Quid istuc est? **Ca.** postq; me amare dixi, cōplacita est tibi,
Heu me miserū, qui tuū animū, ex animo spectaui meo. **Pa.**
Falsus es, **Ca.** nonne esse tibi satis hoc solidū visum gaudiū
Nisi me lactasses amantem. & falsa spe produceres.
Habeas, **Pa.** habeā, ah nescis quātis in malis verser miser.
Quantasq; hic suis cōsilijs mihi confecit solicitudines.
Meus carnufex. **Ca.** quid istuc tā mirū est, si de te exemplū cepit,
P. Haud istuc dicas si cognoris vel me, vel amorē meum. **Ca.**
Scio cū patre altercasti dudū, & is nunc propterea tibi
Succenset. nec te quiuit hodie cogere illam vt duceres. **Pa.**
Immo etiā quo tu minus scis erūnas meas. hæ nuptiæ
Nō apparabantur mihi, nec postulabat nūc qsq; vxorē dare **Ca.**
Scio tu coactus tua voluntate es. **Pam.** mane.
Nondū scis. **Ca.** scio equidē illam ducturū esse te. **Pa.**
Cur me enecas? hoc audi, nunquā destitit.
Instare, vt dicerem me esse ducturum patri,
Suadere, orare, vsq; adeo donec ppulit. **Ca.** (quam ob rē **Pa**
Quis ho istic? **Pa.** Dauꝰ **Ca.** Dauꝰ? **Pa** Dauꝰ iterībat oīa **Ca**
Nescio, nisi mihi deos satis scio fuisse iratos. q auscultaueri ei **Ca.**

Factū est hoc Daue? Da. factū. Ch. hem qd ais, o scelus,
At tibi Dī dignum factis exitium duint.
Eho dic mihi, si omnes hunc coniectū in nuptias? esse,
Inimici vellent, quod nisi hoc consiliū darent, Da.
Deceptus sum, at non defatigatus. Ca. scio. Da.
Hac non successit, alia aggrediamur via,
Nisi id putas. quia primo processit parum,
Non posse iam ad salutem hoc cōuerti malum. Pa.
Immo etiam, nam satis credo si aduigilaueris
Ex vnis geminas mihi conficies nuptias, Da.
Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo,
Conari manibus, pedibusq;, noctesq;, & dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Tuum est, si quid præter spem euenit mihi ignoscere,
Si. Parum succedit quod ago, at facio sedulo,
Vel melius tute aliud reperi, me missum face. Pa.
Cupio, restitue in quē me accepisti locū. Da. (hostiū Pa.
Faciā Pa. at iā hoc op⁹ ē Da. hē. sed mane cōcrepuit a Glycerio
Nihil ad te. Da. quæro. Pa. hem nūcine demū, Da. at iam
hoc tibi inuentum dabo,

MYSIS. PAMPHILVS. CARINVS. DAVVS,

Am vbi vbi erit inuentū tibi curabo & mecum adductū
Tuū Pāphilū, tu modo anime mi noli te macerare. Pa.
Mysis. My. qd ē? hē Pāphile. optūe te mihi offers. Pa. qd est?
My. Orare iussit si se ames hera, iam vt ad sese venias,
Videre ait te cupe se Pa. vah perij, hoc malū integrascit,
Sicine illā, atq; me opera tua nunc miseros solicitarier?
Nam iccirco accersor, nuptias, quod mihi apparari sensit. Ca.
Quibus quidē q̄ facile poterat qesci. si hic quiesset. Da.
Age si hic non insanit satis sua sponte instiga. My.
Atq; ædepol ea res est, ppterea q; nūc misera in mœrore est Pa.

Mysis per omnes tibi adiuro deos, nunq̄ eam me deserturum,
Non si capiundos sciam mihi esse inimicos omnes homines,
Hanc mihi expetiui, contigit, conueniunt mores, Valeant
Qui int nos discidiū volūt, hāc nisi mors mihi adimet nemo **La.**
Resipisco, **Pam.** nō Apollinis magis verū q̄ hoc responsū ē,
Si poterit fieri vt ne pater per me stetisse credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ volo, sed si id non poterit,
Id faciā in pcliue, qd est, per me stetisse vt credat, (fortis es **Pa.**
Quis videor? **La.** miser æque atq̧ ego, **Da.** cōsiliū quero **La.**
Scio quid conere, **Da.** hoc ego tibi pfecto effectū reddā **Pa.**
Iā hoc opꝰ est **Da.** qn iā habeo, **La.** qd est? **Da.** huic, nō tibi
Habeo, ne erres, **La.** sat habeo, **Pa.** qd facies, cedo? **Da.**
Dies mihi hic vt satis sit vereor ad agendum,
Non vacuum esse me nunc ad narrandum credas,
Proinde hinc vos amolimini, nā mihi ipedimēto estis, **Pam.**
Hac ego visā, **Da.** qd tu, q̄ hic te agis? **La.** verꝫ vis dicā, **Da.**
Immo etiā narrationis mihi incipis initiū, **La.** qd me fiet? **Da.**
eho tu impudens,
Nō sat habes, qd tibi dieculā addo q̄tū huic pmoueo nuptias **La**
Attū Daue, **Da.** qd ergo? **La.** vt ducā, **Da.** ridiculum, **La.**
Huc face ad me vt venias si qd potis, **D.** qd veniā? nihil habeo **L.**
Attamē si qd, **Da.** age ego veniā, **La.** si quid domi ero, **Da**
Tū Mysis dū exeo parūper opperire me hic, **My.** (hic adero
Quaprop̄t? **Da.** ita facto opus est, **My.** matura, **Da** iā inq̄

MYSIS DAVVS,

n Ihil ne esse proprium cuiq̧? Dij vestram fidem,
Summum bonum esse here putaui hunc Pamphilum,
Amicum, amatorem, virum in quouis loco,
Paratum, verum ex eo nunc miserā quem capit
Dolorem, facile hic plus mali est, q̄ illic boni,
Sed Dauus exit, mi homo quid istuc obsecro est?
Quo portas puerum, **Da.** Mysis nūc opus est tua mihi

Ad hanc rem exprompta malitia, atq; astutia, My.
Quid nã incepturus es? Da. accipe a me hunc ocius.
Atq; ante nostram ianuam appone, My. obsecro,
Humi ne? Da. ex ara sume hinc verbenas tibi,
Atq; eas substerne, My. quam obrem id tu te non facis? Da.
Quia si forte opus sit ad herum iusiurandum mihi
Non apposuisse, vt liquido possim, My. intelligo,
Noua nũc relligio in te istæc incessit cedo vnde? Da.
Moue ocius te, vt quid agam porro intelligas
Proh Iupiter, My. quid est? Da. sponsæ pater interuenit,
Repudio quod consiliũ primum intenderã. My.
Nescio quid narres. Da. ego quoq; hinc a dextra.
Venire me assimulabo, tu vt subseruias
Orationi, vt cunq; opus sit verbis vide. My.
Ego quid agas nihil intelligo: sed si quid est.
Quod mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides.
Manebo, ne quod vestrum remorer commodũ,

CHREMES. MYSIS. DAVVS.

Euertor postq; quæ opus fuere ad nuptias.
Gnatæ paraui, vt iubeam accersi: sed quid hoc,
Puer hercle ẽ, mulier tun apposuisti hũc? My. vbi illic est?
Ch. nõ mihi respõdes? My. he nusq; est, ve miseræ mihi.
Reliquit me homo. atq; abijt. Da. Dij vestrã fidem,
Quid turbæ est apud forũ? quot illic hominũ litigant,
Tum annona cara est, quid dicam aliud nescio. My.
Cur tu obsecro hic me sola? Da. hem, quæ est hæc fabula?
Eho MYsis puer hic vnde est? qs ve huc attulit? My.
Satin sanus es, qui me id rogites? Da. quẽ ego igit rogem,
Qui hic neminẽ aliũ videam? Ch. miror vnde sit? Da.
Dicturan es q̃d rogo? My. hau. Da. cõcede ad dexterã My.
Deliras, non tũ te ipse? Da. verbum si mihi

Vnum preter q̄ quod te rogo faxis, caue, My.
Maledicis, Da. vnde est? dic clare, My. a vobis, Da. ha,
Mirum vero impudenter mulier si facit meretrix, Ch. (ha, hæ,
Ab andria est ancilla hæc quantum intelligo, Da.
Adeon videmur vobis esse idonei,
In quibus sic illudatis? Ch. veni in tempore, Da.
Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua,
Mane, caue quoq̄ ex istoc excessis loco, My.
Di te eradicent, ita me miseram territas? Da.
Tibi ego dico, an non? My. quid vis? Da. at etiam rogas?
Cedo cuiuum puerum hic apposuisti? dic mihi, My.
Tu nescis? Da. mitte id quod scio, dic quod rogo? My.
Vestri ē Da. cuius vestri? My. Pamphili, Da. he, qd Pam(phili, My Eho an nō est? L. rete has ego sp̄ fugi nuptias D
O facinus animaduertendum. My. quid clamitas? Da.
Quem ne ego vidi heri ad nos adferri vesperi? My.
O hominem audacem, Da. verum vidi Cantharam
Suffarcinatam, My. dijs pol habeo gratias,
Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ. Da.
Næ illa illum haud nouit cuius causa hæc incipit.
Chremes si positum puerū ante ædis viderit.
Suam gnatam non dabit, tanto hercle magis dabit. Ch.
Non hercle faciet. Da. nunc adeo vt tu sis sciens.
Nisi puerum tollas. iam ego hunc in mediam viam
Prouoluam. teq; ibidem prouoluam in luto. My.
Tu pol homo non es sobrius. Da. fallacia alia
Aliam trudit. iam susurrari audio
Ciuem Atticā esse hanc. Ch. hem. Da. coactꝰ legibus
Eam vxorē ducet. My. eho obsecro. an nō ciuis est? Ch.
Iocularium in malum insciens pene incidi. Da.
Quis hic loquitur? o Chreme per tempus aduenis.

Auscultą. Ch. audiui omnia Da. ah ne tu omnia? Ch.
Audiui inquam a principio. Da. audistin obsecro?
Hem scelera. hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.
Hic ille, non te credas Dauum ludere, My.
Me miseram? nihil pol falsi dixi mi senex, Ch.
Noui omnem rem, est Simo intus? Da. est, My.
Ne me attingas sceleste, si pol Glycerio non omnia hæc, Da.
Eho inepta, nescis quid sit actum? My. qui sciam? Da.
Hic socer est, alio pacto haud poterat fieri,
Vt sciret hæc quæ volumus, My. prediceres, Da.
Paululum interesse censes ex animo omnia
Vt fert natura facias, an de industria?

CRITO, SENEX, MYSIS, DAVVS,

In hac habitasse platea dictum est Chrisidem,
Que sese inhoneste optauit parare hic diuitias,
Potiusq̃ in patria honeste pauper viuere,
Eius morte ea ad me lege redierunt bona,
Sed quos precontor video, saluete, My. obsecro
Quem video? est ne hic Crito sobrinus Chrysidis?
Is est, Cr. Mysis salue, My. saluus sis Crito, Cr.
Itan Chrisis? hem, My. nos quidem pol miseras perdidit, Cr.
Quid vos? quo pacto hic? satin recte? My. nos ne?
Vt quimus aiunt, quando vt volumus non licet, Cr.
Quid Glycerium? iam hic suos parentes repperit? My.
Vtinam, Cr. an non dum etiam? haud auspicato huc me appuli,
Nam pol si id scissem, nunq̃ huc retulissem pedem,
Semper enim dicta est hæc, atq̃ habita est soror,
Que illius fuere possidet, nunc me hospitem
Lites sequi, q̃ id mihi sit facile, atq̃ vtile,
Aliorum exempla commonent, simul arbitror
Iam aliquem esse amicum et defensorem eius, nam fere

ANDRIA.

Grandiuscula iam profecta est illinc, clamitent
Me Sycophantam, hæreditatem persequi
Mendicũ, tum ipsam despoliare non licet. **My.**
Optume hospes pol Crito antiquum obtines. **Cr.**
Duc me ad eam, qñ huc veni vt videã. **My.** maxume. **Da.**
Sequar hos, nolo me in tempore hoc videat senex.

CHREMES, SIMO.

Atis iam satis Simo spectata erga te amicitia est mea.
Satis pericli incœpi adire, orandi iam finem face.
Dum studeo obsequi tibi, pene illusi vitam filiæ. **Si.**
Immo enim nunc quã maxime ab te oro atq postulo Chremes,
Vt beneficium verbis initum dudũ, nunc re comprobes, **Ch.**
Vides q̃ iniquus sis præ studio, dum id efficies, quod cum cupis,
Neq modũ benignitatis, neq quid me ores cogitas,
Nã si cogites, remittes me iã onerare iniurijs, **Si.**
Quib⁹, **Ch.** ah rogitas? perpulisti me vt homini adulescentulo,
In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria,
Filiam vt darem in seditionem atq incertas nuptias
Eius labore, atq eius dolore gnato vt medicarer tuo,
Impetrasti, incœpi dum res tulit. nunc non fert, feras,
Illam hinc ciuem esse aiunt, puer est natus, nos missos face, **Si.**
Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere,
Quibus id maxime vtile est, illum esse q̃ deterrimum,
Nuptiarum gratia hæc sunt ficta, atq incepta omnia,
Vbi ea cã, quã ob rẽ hæc faciunt, erit adempta, his desinet, **Ch.**
Erras, cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillã, **Si.** scio, **Ch.**
At vero voltu, cum ibi me adesse neuter tum præsenserat, **Si.**
Credo, et id facturas Dauos dudum prædixit mihi,
Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere.

DAVVS, CHREMES, SIMO, DROMO.

Th. Immo hoc cogitato, qui cū res tibi est, peregrinus est,
Minus potēs q̄ tu, minus notus, amicorū hic minus habens. Ch.
Scio istuc. Sed tu quod cauere possis stultū amittere est
Malo ego nos prospicere q̄ hunc vlcisci accœpta iniuria.
Tu abi, atq; hostiū obsera intus. dū ego hinc transcurro ad forum.
Volo ego adesse hic aduocatos nobis ī turba hac. Th. mane. Ch.
Meliꝰ ē. Th. mane. Ch. omitte iam adero. Th. nihil opꝰ ē istis
Hoc mō dic. sororē illā tuā esse, & te paruā virginē (Chreme
Amisisse, nunc cognosse, signa ostende. Py. adsunt. Th. cape,
Si vim faciet. in ius ducito hominē, intellextin? Ch. ꝓbe. Th.

Fac hæc animo præsenti dicas, Ch. faciam, Th. attolle palliũ.
Perij, huic ipsi opus ẽ patrono, quem defensorem paro?

THRASO, GNATO, SANGA, CHREMES, THAIS

Hancine ego contumeliã tã insignẽ in me accipiã Gnato,
Mori me satius est, Simalio, Dorax, Syrisce, sequimini,
Primũ ædis expugnabo, Gn. recte, Thr. virginem eripiam.
Gn. probe, Thr. Male mulctabo ipsam, Gn. pulchre,
Thr. in medium huc agmen cum vecte,
Dorax, tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dextrum,
Cedo alios, vbi Cẽturio'st Sãga? et mãipul⁹ furũ? Sa. eccũ adest
Thr. q̃s ignaue, peniculo pugnare (q̃ istũc huc portes) cogitas?
Sa. Ego ne imperatoris virtutem noueram, & vim militum?
Sine sanguĩe hoc fieri non posse, quin obstergerẽ vulnera? Thr.
Vbi alij? Gn. qui (malum) alij? solus Sannio seruat domũ. Thr.
Tu hosce instrue, hic ego ero post pncipia ide oĩb⁹ signũ dabo G.
Illud est sapere, vt hosce instruxit, ipsus sibi cauit loco,
Idem hoc Pyrrhus factitauit, Ch. vidẽ tu Thais quã hic agit rẽ?
Nimirum consilium illud rectũ est, de occludendis ædibus? Th.
Sane q̃ tibi nunc vir videtur esse, hic nebulo magnus est,
Ne metuas Thr. q̃d videt? Gn. fundã tibi nũc nimis velle dari
Vt tu illos ꝓcul hinc ex occulto hic cederes, facerẽt fugã, Thr.
Sed eccam Thaidem ipsam video, Gn. mox irruimus,
Thr. mane, Omnia prius experiri q̃ armis sapientem decet,
Qui scis an quæ iubeam sine vi faciat? Gn. di vestram fidem
Quanti est sapere, nunq̃ accedo, quin abste abeam doctior, Thr.
Thais primum hoc mihi responde, cum tibi do istam virginem,
Dixtin mihi hos dies soli dare te? Th. q̃d tũ postea?
Thr. rogitas? q̃ mihi añ oculos corã aatorẽ adduxisti tuũ. Th.
Quid cũ illo agas? Thr. & cũ eo clam subduxti te mihi, Thr.
Libuit, Thr. Pãphila ergo huc redde, nisi vi mauis eripi, Ch.
Tibi illã reddat? aut tu illã tãgas oĩũ? Gn. ah q̃d ais? tace, Ch.

Quid tu tibi vis? Th. ego nõ tãgã meã? Ch. tuã ãt furcifer? Gn.
Caue sis, nescis cui maledicas viro. Ch. non tu hinc abis?
Scin tu vt tibi res sese habeat? si quicq̃ hodie turbæ cœperis
Faciã vt huius loci, dieiq̃, meiq̃ semper memineris. Gn.
Miseret tui me, qui hũc tm̃ hoĩem facias inimicũ tibi. Ch.
Diminuã ego tibi caput hodie nisi abis. Gn. ain vero canis?
Sicne agis? Thr. q̃s tu hõ es? quid tibi vis? qd cũ illa rei tibi est?
Ch. Scibis, pricipio eã eẽ dico liberã. Thr. hẽ? Ch. ciuẽ Atticã,
Thr. hui. Ch. Meam sororẽ? Thr. os durum.
Ch. miles nũc adeo edico tibi, Ne vim facias vllã in illam,
Ego eo ad sophronã nutricẽ, vt eã adducã et signa ostẽdã hec
Thr. tun phibeas Meã ne tãgã? Ch. phibeo inq̃.
Gn. audin tu? hic furti se alligat. Ch. Satin hoc tibi est.
Thr. idẽ hoc tu ais? Th. quære q respõdeat. Thr. qd nũc agim⁹
Gn. qn redeam⁹ iã hæc tibi aderit supplicãs vltro. Thr. credin?
Gn. immo certe, noui ingeniũ mulierũ.
Nolũt vbi velis, vbi nolis cupiũt vltro. Th. bene putas. Gn.
Iam dimitto exercitũ. Thr. vbi vis. Gn. Sanga vti fortes decet
Milites, domiq̃, fociq̃ fac vicissim vt memineris. Sa.
Iã dudũ anim⁹ ẽ iñ patinis. Gn. frugi es. Th. vos me hac seq̃mi

THAIS. PYTHIAS.

Ergin scelesta mecum perplexe loqui?
Py. Scio, nescio, abijt, audiui, ego non adfui.
Non tu istuc mihi dictura aperte es quicquid est,
Virgo conscissa veste lacrimans obticet
Eunuchus abijt. quam ob rẽ? quid factum est? taces? Py.
Quid tibi ego dicam misera? illũ Eunuchũ negant
Fuisse. Th. quis fuit igit? Py. iste Chærea. Th.
Qui Cherea? Py. iste ephebus frater Phædriæ. Th.
Quid ais venefica? Py. atqui certo cõperi. Th.
Quid is obsecro ad nos aut quãobrẽ adductust, Py. nescio

Nisi amasse credo Pamphilā. Th. hem misera occidi
Infelix, siqdē tu istæc vera pdicas. Nū id lacrumat virgo?
Py. id opinor. Th. qd ais sacrilega? Istuccine intermiata sū hic
Abiens tibi? Py. qd facerē. ita vt iussisti soli credita est.
Th. Scelesta, lupo ouē cōmisisti. dispudet.
Sic mihi data eē verba. qd hoīs illic est?
Py. Hera mea tace obsecro. saluæ sumus. Habem⁹ hoīem ipsum.
Th. vbi is est? Py. hem ad sinistrā. vides ne? Th. video.
Py. cōphēdi nūc iube. quātū pt. Th. qd illi faciemus stulta?
Py. qd faciā rogas? Vide amabo. si nō cū aspiciā os, impudēs
Videtur. Th. non est? Py. tum quæ eius confidentiast.

CHAEREA. THAIS. PYTIAS.

Pud Antiphonem vterq; mater. & pater.
a Quasi dedita opera domi erant. vt nullo modo
Introire possem, quin viderent me, interim
Dum ante hostium sto. notus mihi quidā obuiā
Venit. vbi vidi egomet in pedes (quantū queo)
In angiportū quoddā desertum. inde item
In aliud, inde in aliud. ita miserrimus
Fui fugitando. ne quis me cognosceret.
Sed est ne hæc Thais quā video? ipsast. ah hæreo
Quid faciā. quid mea aūt? quid faciet mihi? Th.
Adeamus. bone vir? Dore salue. dic mihi,
Aufugistin? Ch. hera factū. Th. satin id tibi placet? Ch. Non.
Th. credin te impune abiturū? Ch. vnā hanc noxā
Mitte. si aliam vnq; vllā admisero, occidito. Th.
Nū meā sæuitiā veritus es? Ch. non. Th. qd igit? Ch.
Hanc metui ne me criminaretur tibi. Th. qd feceras,
Ch. paululū qddā. Th. eho paululū impudēs.
An paulū hoc esse tibi videtur, virginem,
Vitiare ciuem? Ch. cōseruā esse credidi. Py.

Conseruam, vix me contineo quin inuolem in
Capillū, monstrū, etiā vltro derisum aduenit. Th.
Abi hinc insana. Py. quid ita vero abeam?
Credo isti quicquam furcifero,
Præsertim cum se seruum fateatur tuum. Th.
Missa hæc faciamus, non te dignū Chærea
Fecisti, nam et si ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen.
Neqꝫ edepol quid nunc consilij capiam scio
De virgine istac, ita conturbasti mihi
Rationes omnes, vt eam non possim suis
(Ita vt equom fuerat. atqꝫ vt studui) tradere.
Vt solidū pararē hoc mihi beneficiū Chærea. Ch.
At nunc dehinc spero æternā inter nos gratiā,
Fore Thais. Sæpe ex huiusmodi re quapiā &
Ex malo principio, magna familiaritas
Cōflatast, & quid si hoc quispiam voluit deus? Th.
Equidē pol in eam partē accipioqꝫ & volo. Ch.
Immo ita quæso, vnum hoc scito, contumeliæ
Non me fecisse causa, sed amoris. Th. scio
Et pol propterea magis nunc ignosco tibi.
Non adeo inhumano ingœnio sum Chærea,
Neqꝫ tam imperita, vt quid amor valeat nesciam. Ch.
Te quoqꝫ iam Thais, ita me Di bene ament, amo. Py.
Tum pol tibi ab istoc hera cauendū intelligo. Ch.
Non ausim. Py. nihil tibi qcq̄ credo. Th. desinas. Ch.
Nunc ego te in hac re mihi oro vt adiutrix sies.
Ego me tuæ commendo, & committo fidei.
Te mihi patronā capio Thais, et obsecro,
Emoriar, si non hanc vxorem duxero. Th.
Tamen si pater. Ch. Quid? ah volet certo scio.

Cuius modo hæc sit. Th. paululum opperirier
Si vis, iam frater ipse hic aderit virginis,
Nutricem accersitum iit, qui illam aluit paruulam,
In cognoscendo tu ipse aderis Chærea, Ch.
Ego vero maneo, Th. vis ne interea, dum is venit,
Domi opperiamur, potius q̃ hic ante hostium? Ch.
Immo percupio, Py. quam tu rem actura obsecro es? Th.
Nam quid ita? Py. rogitas? hunc tu in ædis cogitas
Recipere posthac? Th. cur non? Py. crede hoc meæ fidei.
Dabit hic aliquam pugnã denuo, Th. ahu, tace obsecro, Py.
Parum perspexisse eius videre audaciam, Ch.
Non faciam pythia, Py. non pol credo Chærea
Nisi si commissum non erit, Ch. quin pythia
Tu me seruato, Py. neq; pol seruandum tibi
Quicq; dare ausim, neq; te seruare, Th. apagete,
Adest optime ipse frater, Ch. perij hercle, obsecro
Abeamus intro Thais, nolo me in via,
Cum hac veste videat, Th. quam ob rẽ tandem? an qa pudet?
Ch. Id ipsum Py. id ipm? virgo vero viciata? Th. i p̃ seqr,
Tu istic mane vt Chremem introducas Pythia,

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA,

q Vicquid venire in mentem nunc possit mihi,
Quid nam? qui re feram illi sacrilego gratiam,
Qui hunc supposuit nobis? Ch. moue vero ocius,
Te mea nutrix. So. moueo. Ch. video, sed nihil ꝓmoues. Py.
Iam ne ostendisti signa nutrici? Ch. omnia. Py.
Amabo, quid ait? cognoscit ne? Ch. ac memoriter. Py.
Bene ædepol narras, nam illi faueo virgini,
Ite intro, iam dudum hera vos expectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Video, vide vt ociosus sit, si Dis placet.

Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo,
Ibo intro, de cognitione vt certum sciam,
Post exibo, atq; hunc perterrebo sacrilegum,

PARMENO, PYTHIAS,

Euiso quid nam Chærea hic rerum gerat.
Quod si astu rem tractauit Di vostram fidem
Quantam, & q̄ veram laudem capiet parmeno.
Nam vt ommittam quod ei amorem difficillimum &
Carissimum ab metrice auara surripui, virginem
Quam amabat. eam confeci vt potiret̄ sine molestia.
Sine sumptu. sine dispendio. tum hoc alterum.
Iduero est quod mihi puto palmarium.
Me repperisse. quo modo adulescentulus
Meretricum ingenia. & mores posset noscere
Mature. vt cum cognorit. perpetuo oderit.
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis cōpositū quicq̄, nec magis elegans.
Quæ cum amatore suo cum cœnant, liguriunt.
Harum videre ingluuiem, sordes. inopiam.
Quam inhoneste solæ sint domi, atq; auidæ cibi.
Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent.
Nosse omnia hæc salus est adulescentulis. Py.
Ego pol te pro istis dictis & factis, scelus,
Vlciscar. vt ne impune in nos illuseris.

PYTHIAS. PARMENO.

Roh fide deū facinus fœdū. o infœlice adulescētulū.
O scelestū Parmenonē, q istū huc adduxit Pa. qd est?
Py. Miseret me, itaq; vt ne id viderē misera huc effugi foras
Quæ futura esse exēpla dicūt in illū indigna? Pa. o Iupiter
Quæ illec turbast? nū nā ego perij? adibo qd istuc Pythia,
Quid ais? in quē exēpla fient? Py. rogitas audacissime.

Perdidisti istũ, quẽ adduxisti pro Eunucho adulescentulũ,
Dũ studes dare verba nobis? PA. qd ita? aut qd factũst? cedo,
PY. Dicã, virginẽ istã Thaidi hodie quæ dono datast,
Scin eã hinc ciuẽ esse, & fratrẽ eius apprime nobilẽ? PA.
Nescio PY. atq; sic inuentast, eam iste vitiauit miser,
Ille vbi resciuit factũ frater violentissimus PA.
Quid nã fecit? PY. cõligauit primũ eũ miseris nodis. PA.
Hẽ cõligauit? PY. atq; eqdẽ orãte (vt ne id faceret) Thaide PA
Quid ais? PY. nũc minat̃ facturũ sese id quod mœchis solet.
Quod ego nunq̃ vidi fieri, neq; velim. PA. qua audacia
Tantũ facin⁹ audet. PY. qd ita tm̃? PA. an nõ hoc maximũst?
Qui homo ꝓ mœcho vnq̃ vidit, in domo meretricia
Deprehẽdi quenq̃? PY. nescio. PA. ac ne hoc nesciatis pythia,
Dico, edico vobis, nostrũ esse illũ herilẽ filiũ PY. hem
Obsecro an is? PA. ne quã in illũ Thais vim fieri sinat.
Atq; adeo autem cur non egomet introeo PY. vide o parmeno
Quid agas ne neq; illi prosis, & tu pereas, nam hoc putant.
Quicqd factumst, ex te esse ortũ, PA. quid igitur faciã miser,
Quid ve incipiam? ecce autem video rure redeuntem senem,
Dicam huic. an non? dicam hercle, & si mihi magnum malum
Scio paratum, sed necesse est huic vt subueniat, PY. sapis,
Ego abeo intro, tu isti narrato omnem rem ordine vt factũ siet,

LACHES, SENEX PARMENO,

e X meo propinquo rure hoc capio commodi.
Neq; agri, neq; vrbis odium me vnquam percipit,
Vbi sacietas cœpit fieri, simul commuto locum.
Sed est ne ille noster Parmeno? & certe ipsus est.
Quem præstolar Parmeno hic ante hostium Thaidis? PA.
Quis homost? ehem saluom te aduenire here gaudeo, LA.
Quem præstolare? PA. perij, lingua hæret metu, LA.
Hem quid est quod trepidas? satin saluæ? dic mihi, PA.

Here primũ te arbitrariũ quod res est velim,
Quicquid huius factũst culpa: non factũst mea. La.
Quid, Pa. recte sane interrogasti. oportuit
Rem prænarrasse me. Emit quendã Phædria
Eunuchũ. quẽ dono huic daret. La. cui? Pa. Thaidi. La.
Emit? perij hercle, quanti? Pa. viginti minis. La. Actumst.
Pa. tũ quandã fidicinã amat hic Chærea. La.
Hem. quid, amat? an scit iam ille quid meretrix siet?
An in astu venit. aliud ex alio malũ, Pa.
Here ne me spectes. me impulsore hoc non facit. La.
Omitte de te dicere. ego te furcifer
Si viuo. sed istuc quicquid est primũ expedi. Pa.
Is pro illo Eunucho ad thaidẽ hãc deductus est. La.
Pro Eunuchon? Pa. sic est. hũc pro mœcho postea.
Cõprehendere intus. & cõstrinxere. La. occidi. Pa.
Audaciam meretricũ specta. La. nunquid est
Aliud mali. damniue. quod non dixeris
Reliquum? Pa. tm̃ est. La. cesso huc intro irrũpere. Pa.
Non dubiũ est quin mihi magnũ ex hac re sit malũ,
Nisi quia necesse fuit hoc facere. id gaudeo
Propter me hisce aliquid esse euenturũ mali.
Nam iam diu aliquam causam quærebat senex.
Quã ob rem aliquid insigne faceret is nunc repperit.

PYTHIAS. PARMENO.

Vnq̃ ædepol qeq̃ iã diu quod magis vellẽ euenire
Mihi euenit, q̃ q̃d modo senex intro ad nos venit errãs,
Mihi solæ ridiculo fuit. quæ quid timeret sciebã. Pa.
Quid hoc autẽst? Py. nũc id, pdeo vt cõueniã Parmenonẽ,
Sed vbi obsecrost. Pa. mẽ q̃rit hæc? Py. atq; eccũ video. adibo
Pa. Quid est inepta? q̃d tibi vis? q̃d rides? pgin? Py. perij ha ha
He Defessa iã sũ misera te ridẽdo. Pa. q̃d ita? Py. rogas?

Nunq̃ ædepol hominem stultiorem vidi te nec videbo,
Ah non potest satis narrari quos ludos præbueris intus.
At etiã primo callidũ & disertũ hominẽ credidi. Pa.
Quid est? Py. quid? ilico ne credere ea quæ dixi oportuit te?
An non pœnitebat flagitij te autore quod fecisset
Adulescens. ni miserũ insuper etiam patri indicares?
Nam quid illi credis animi tum fuisse, vbi vestem vidit
Illã esse eũ indutũ pater? Pa. quid est? Py. iam scis te perijsse?
Pa. Hem quid dixti pessuma? an mentita es? etiã rides?
Itan lepidũ tibi visum est scel⁹ nos irridere? Py. nimiũ. Pa.
Siquidẽ istuc impune habueris. Py. verũ. Pa. reddã hercle,
Py. credo, Sed in diem istuc Parmeno est fortasse q̃d minitare,
Tu iam pendebis, qui stultum adulescentulum nobilitas
Flagitijs, & eundem indicas, vterq; in te exempla edent, Pa.
Nullus sum, Py. hic pro illo munere tibi honos est habit⁹, abeo,
Pa. Egomet meo indicio miser, quasi Sorex hodie perij,

GNATO, THRASO,

Vid nũc q̃ spe, aut q̃ cõsilio huc im⁹? q̃d ceptas Traso?
Th. Ego ne? vt Thaidi me dedã, et faciã quod iubeat.
Gn. quid est? Th. Quid minus q̃ hercules seruiuit Omphale,
Gn. exemplũ placet, Vtinã tibi cõmitigari videã Sãdalio caput,
Sed q̃d fores crepuere ab ea? Th. perij quid hoc autẽ est mali?
Hunc ego nunq̃ viderã, & iam hic quid nam properans prosilit,

CHAEREA, PARMENO, GNATO, TRASO,

Populares ecquis me hodie viuit fortunatior?
Nemo hercle quisq̃; nã in me plane Di potestatẽ suam,
Omnẽ ostendere, cui tam subito tot cõtigerunt cõmoda, Pa.
Quid hic letus est? Ch. o Parmeno mi, o mearũ voluptatũ omniũ
Inuentor, incœptor, perfector, scin me in quibus sim gaudijs?
Scis pãphilã meã inuẽtã ciuẽ? Pa audiui, Ch. scis spõsã mihi?
Pa. Bene, ita me Di ament, factũ, Gn. audin tu illum quid ait?

Ch. tū āt Phædrie meo fratri gaudeo aōrē eē oēm ī trāq̄llo, vnast

Domus, Thais patri se cōmendauit in clientelam & fidem

Nobis dedit se, **Pa.** fratris igit Thais tota est? **Ch.** scilicet

Pa. Iam hoc aliud est quod gaudeamus, miles pellet foras? **Ch.**

Frater, vbi vbi est? fac q̄primū hæc audiat, **Pa.** visā domi,

Th. Nunqd Gnato dubitas qn ego nūc ppetuo pierim? **Gn.** sine

Dubio opinor, **Ch.** quid cōmemorē primū, aut laudē maxume,

Illum qui mihi dedit consilium vt facerem, an me q̄ ausus sim

Incipere, an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?

Quæ tot res, tantas, tam oportune in vnum conclusit diem,

An mei patris festiuitatem & facilitatem, o Iupiter

Serua obsecro hæc bona nobis, **Ph.** Di vestrā fidē, incredibilia

Parmeno mō quæ narrauit, sed vbi est frat? **Ch.** presto adest,

Ph. Gaudeo, **Ch.** satis credo, nihil est Thaide tua dignius

Quod ametur, ita nostræ omni est fautrix familiæ, **Ph.**

Mihi illā laudas? **Th.** pħ, quāto min⁹ spei ē, hui tāto magis amo

Obsecro Gnato in te spes est, **Gn.** qd vis faciā? **Th.** pfice hoc,

Præcib⁹, aut pcio, vt hæreā in parte aliq̄ tandē apd' Thaidē, **Gn.**

Difficile est, **Th.** si quid collibuit, facile ē, noui te, hoc si, effeceris

Quod vis donū, & premiū a me optato, id optatū feres, **Gn.**

Ita ne? **Th.** sic erit, **Gn.** si efficio hoc, postulo vt mihi tua dom⁹

Te presente, te absente pateat, inuocato vt sit locus,

Semp, **Th.** do fidē ita facturū, **Gn.** accingar, **Ph.** quem ego hic (audio,

O Thraso, **Th.** saluete, **Ph.** tu fortasse quæ facta hic sint nescis?

Th. Scio, **Ph.** cur ergo in his te ego conspicor regionib⁹? **Th.**

Vobis fretus, **Ph.** scis q̄ fretus? miles edico tibi,

Si in platea offendero hac post vnq̄, nihil quod dicas mihi

Aliū quærebā, iter hac habui, peristi, **Gn.** eia haud sic decet **P.**

Dictū est, **Gn.** nō cognosco vrm gen⁹ tā supbū, **Ph.** sic erit,

Gn. Prius audite paucis, quod cum dixero si placuerit,

Facitote, **Ph.** audiam⁹, **Gn.** tu cōcede paululū istuc Thraso,

Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim.
Me huius quicqd facio, id facere maxime causa mea,
Verum si idem vobis prodest, vos non facere inscitia st. **Ph.**
Quid id est? **Gn.** militē riualē ego recipiundū cēseo. **Ph.** hem.
Recipiundū? **Gn.** cogita modo, tu hercle cum illa Phædria,
Et libenter viuis, etem bene libenter victitas,
Et quod des paululū est, & necesse est multū accipere Thaidē
Vt tuo amori suppeditare possit, sine sumptu tuo.
Ad omnia hæc, magis oportunus, nec magis ex vsu tuo
Nemo est, principio & habet quod det, et dat nemo largius.
Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesq; & dies.
Neq; istum metuas ne amet mulier, facile pellas vbi velis. **Ph.**
Quid agimus? **Gn.** præterea hoc etiā quod ego vel primū puto,
Accipit hominem nemo melius prorsus, neq; prolixius. **Ph.**
Mirū, ni illoc hoīe q̄quo pacto opus est, **Ch.** idē arbitror, **Gn.**
Recte facitis, vnum etiam hoc vos oro, vt me in vestrum gregem
Recipiatis, Satis diu hoc iā saxū vorso, **Ph.** recipimus, **Ch.**
Ac libenter, **Gn.** at ego pro isto Phædria, & tu Chærea
Hūc comedendū, et deridendum vobis ꝓpino, **Ch.** placet **Ph.**
Dignꝰ ē, **Gn.** Thraso vbi vis accede. **Tr.** obsecro te qd agimꝰ?
Gn. Quid? isti te ignorabant, postq̄ eis mores ostendi tuos,
Et collaudaui secundum facta & virtutes tuas,
Impetraui, **Tr.** bene fecisti, gratiam habeo maximam,
Nunq̄ etiā fui vsq̄ quin me omnes amarent plurimū, **Gn.** (est,
Dixin ego ī hoc eē vobis Attica eloquētiā? **Ph.** Nihil ꝑter missū
Gn. ite hac, vos Valete, & Plaudite, Calliopius recensui,

GRECA EST MENANDRI, ACTA LVDIS MEGALENSIBVS, L, CORNELIO LENTVLO: L, VALERIO, FLACCO, AEGILLIB, CVRVLIB; EGIT, AMBIVIVS TVRPIO, MODOS FECIT FLACCVS, CLAVDIVS; ACTA, PRIMVM, TIBIIS IMPAPIBVS, DEINDE DVABVS DEXTRIS, ACTA ETIAM SECVNDO, C, CORNELIO, M, IVNIO COSS,

HEAVTONTIMORVMENOS,

C, SVLPICI, APPOLLINARIS, PERIOCHA,

IN Militiam proficisci gnatum Cliniam
Amantem Antiphilam compulit, durus pater,
Animoq; sese angebat facti pœnitens,
Mox vt reuersus est, clam patre diuortitur
Ad Clitiphonem, is amabat scortum Bacchidem
Cum accerseret cupitam Antiphilam Clinia,
Et eius Bacchis venit amica, ac seruolæ,
Habitum gerens Antiphila, factum id quo patrem
Suū celaret Clitipho, hic technis Syri,
Decem minas meretricule aufert a sene,
Antiphila Clitiphonis reperitur soror,
Hanc Clinia, aliam Clitipho vxorem accipit,

PROLOGVS,

NE cui sit vestrum mirum, cur partis seni
Poeta deberit, quæ sunt adulescentium,
Id primum dicam, deinde quid veni eloquar,
Ex integra græca, integram comœdiam
Hodie sum acturus Heautontimorumenon,
Duplex quæ ex argumento facta est simplici,
Nouam esse ostendi; & quæ esset, nunc qui scripserit,
Et cuia græca sit, ni partem maximam
Existimarem scire vestrum id dicerem,
Nunc quam ob rem has partis didicerim, paucis dabo,
Oratorem voluit esse me, non Prologum,
Vestrum iudicium fecit, me actorem dedit,
Sed hic actor tantum poterit a facundia,
Quantum ille potuit cogitare commode,
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum,
Nam ꝙ rumores distulerint maleuoli,
Multas contaminasse Græcas, dum facit

Paucas latinas, factum hic esse id non negat,
Neq; se id pigere, & deinde facturum autumat,
Habet bonorum exemplum, quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat,
Tum quod maleuolus vetus poeta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse musicum,
Amicum ingœnio frætum haud natura sua,
Arbitrium vestrum, vestra existimatio
Valebit, quam ob rem omnes vos oratos volo,
Ne plus iniquum possit q̃ æquom oratio,
Facite æqui sitis, date crescendi copiam
Nouarum, qui spectandi faciunt copiam
Sine vitijs, ne ille pro se dictum existumet,
Qui nuper fecit seruo currenti in via
Decesse populum, cur insano seruiat?
De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias nisi nouas, si finem maledictis facit,
Adeste æquo animo, date potestatem mihi
Statariam, agere vt liceat per silentium,
Ne semper seruus currens. iratus senex,
Edax parasitus, Sycophanta autem impudens,
Auarus leno, adsidue agendi sint mihi,
Clamore summo, cum labore maximo,
Mea causa causam hanc iustam esse animum inducite,
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi,
Nam nunc ñouas qui scribunt nihil parcunt seni,
Si qua laboriosa est, ad me curritur,
Sin leuis est, ad alium mox defertur gregem,
In hac est pura oratio, experimini
In vtranq; partem ingenium quid possit meum,
Si nũquam auare pretium statui arti meæ,

Et eum esse questum in animum induxi maximum,
Quam maxume seruire vestris commodis,
Exemplum statuite in me, vt adulescentuli
Vobis placere studeant, potiusq̃ sibi,

CHREMES, MENEDEMVS SENES,

Vamquam hæc inter nos nuper notitia admodum est,
Inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es,
Nec rei fere sane amplius quicq̃ fuit,
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)
Facit, vt te audacter moneam, & familiariter,
Quod mihi videre præter ætatem tuam
Facere, & præter q̃ res te adhortatur tua,
Nam proh deum, atq; hominum fidem, quid vis tibi?
Aut quid quæris? Annos sexaginta natus es,
Aut plus eo (vt conijtio) Agrum in his regionibus
Meliorem, neq; pretij maioris nemo habet,
Seruos compluris, proinde quasi nemo siet,
Ita attente tu te illorum officia fungere,
Nunq̃ tam mane egredior, neq; tam vesperi
Domum reuertor, quin te in fundo conspicer,
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre, deniq;
Nullum remittis tempus, neq; te respicis,
Hæc non voluptati tibi esse, satis certe scio,
At enim dices, me quantum hic operis pœnitet,
Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
Si sumas in illis exercendis plus agas, **Me.**
Chræme tantum ne ab re tuast ocij tibi,
Aliena vt cures, ea nihil quæ ad te attinent, **Ch.**
Homo sum, humani a me nihil alienum puto,
Vel me monere hoc, vel percontari puta.

Rectum est ego vt faciam, nō ē te vt deterream Me.
Mihi sic est vsus, tibi vt facto opust face. Ch.
An cuiquā est vsus homini se vt cruciet? Me. mihi. Ch.
Si quid laboris est. nollem. sed quid istuc mali est?
Quæso quid de te tantum meruisti? Me. eheu. Ch.
Ne lachryma. atq; istuc quicquid est. fac me vt hoc sciam.
Ne retice. ne verere. crede inquam mihi
Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero, Me.
Scire hoc vis, Ch. hac equidem causa quā dixi tibi, Me.
Dicetur, Ch. istos rastros interea tamen
Depone, ne labora, Me. minime, Ch. quam rem agis? Me.
Sine me vacuum tempus ne quod dem mihi
Laboris, Ch. non sinam inq̄, Me. ah, non æquū facis, Ch.
Hui, tam grauis hos quæso, Me. sic meritum est meum, Ch.
Nunc loquere, Me. Filium vnicum adulescentulum
Habeo, ah quid dixi habere me? immo habui Chreme,
Nunc habeam, nec ne incertum est, Ch. quid ita istuc?
Me. scies, Est e Corintho hic aduena anus paupercula,
Eius filiam ille amare cœpit perdite,
Prope iam vt pro vxore haberet, hæc clam me omnia,
Vbi rem resciui, cepi non humanitus,
Neq; vt animum decuit ægrotum adulescentuli
Tractare, sed vi & via peruulgata patrum,
Cottidie accusabam, hem tibi ne hęc diutius
Licere speras facere me viuo patre?
Amicam vt habeas prope iam vxoris loco?
Erras si id credis, & me ignoras Clinia,
Ego te meum esse dici tantisper volo,
Dum quod te dignum est facies, sed si id non facis,
Ego quod me in te sit facere dignum inuenero,
Nulla adeo ex re istuc fit, nisi ex nimio ocio,

Ego istuc ætatis nõ amori operam dabam,
Sed in Asiam hinc abiꝫ propter pauperiem,
Atq; ibi simul rem, et gloriã armis repperi.
Postremo adeo res redit, adulescentulus
Sæpe eadẽ, & grauiter audiendo victus est.
Putauit me & etate, & sapientia
Plus scire & prouidere. q̃ se ipsum sibi.
In Asiam ad regem militatũ abiꝫt Chreme. **Ch.**
Quid ais? **Me.** clã me ẽ pfectus, mẽsis tris abest. **Ch.**
Ambo accusandi. et si illud incœptum. tamen
Animi est pudentis signum. & non instrenui. **Me.**
Vbi comperi ex his qui ei fuere consciꝫ.
Domum reuortor mœstus, atq; animo fere
Perturbato, atq; incerto pre ægritudine,
Assido, accurrunt serui. soccos detrahunt
Video alios festinare. lectos sternere
Cœnam apparare, pro se quisq; sedulo
Faciebat. quo illam mihi lenirent miseriam.
Vbi video hæc. cœpi cogitare, hem. tot mei
Solius soliciti sunt causa. vt me vnum expleant:
Ancillæ tot me vestiant? sumptus domi
Tantos ego solus faciam? sed gnatum vnicum
(Quem pariter vti his decuit. aut etiam amplius.
Quod illa ætas magis ad hæc vtenda idonea est)
Eum ego eieci hinc miserum iniustitia mea.
Malo quidẽ me dignum quouis deputem,
Si id faciam, nam vsq; dum ille vitam illam incolit
Inopem. carens patria ob meas iniurias.
Interea vsq; illi de me supplicium dabo.
Laborans, quærens, parcens. illi seruiens.
Ita facio prorsus. nihil relinquo in ædibus,

Nec vas, nec vestimentum, corrasi omnia,
Ancillas. seruos (nisi eos qui opere rustico
Faciundo, facile sumptum excerceant suum)
Omnis produxi ac vendidi, inscripsi ilico
Aedis mercede, quasi talenta quindecim
Coegi, agrum hunc mercatus sum. hic me exerceo.
Decreui tantisper me minus iniuriæ
Chreme, meo gnato facere. dum fiam miser.
Nec mihi fas esse vlla me voluptate hic frui.
Nisi vbi ille huc saluus redierit meus particeps. **Ch.**
Ingenio te esse in liberos leni puto,
Et illum obsequentem si quis recte aut commode
Tractaret, verum neq; tu illum satis noueras.
Nec te ille, hoc ibi fit. vbi non recte viuitur.
Tu illum nunq; ostendisti quanti penderes,
Nec tibi ille credere est ausus quæ est æquũ patri,
Quod si esset factũ, hæc nunq; euenissent tibi **Me.**
Ita res est. fateor, peccatũ meũ maximumst, **Ch.**
Menedeme, at porro recte spero est illum tibi
Saluum affuturũ esse hic confido propediem. **Me.**
Vtinã di ita faxint. **Ch.** facient, sed nũc si commodumst,
Dionysia hic sunt hodie, apud me sis volo, **Me.**
Non possum, **Ch.** cur non? quæso tandem aliquantulum
Tibi parce, idem absens facere te hoc vult filius, **Me.**
Non conuenit qui illum ad laborem impulerim,
Nunc meipsum fugere, **Ch.** siccine est sententia? **Me.**
Sic, **Ch.** bene vale, **Me.** et tu, **Ch.** lachrymas excussit mihi,
Miseretq; me eius, sed vt diei tempus est,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam
Ad cœnam vt veniat, ibo vt visam si domi est,
Nihil opus est monitore, iamdudum domi

Præsto apud me esse aiunt, egomet conuiuas moror.
Ibo adeo hinc intro. sed quid crepuerunt fores?
Hinc a me quisnam egreditur? huc concessero.

CLITIPHO. CLINIA. CHREMES.

Nihil adhuc est, qd vereare Clinia. haud quaq̃ etiã cessant.
Et illã simul cũ nuncio tibi hic ego affuturã hodie scio
Proin tu solicitudinẽ istã falsam quæ te excruciat omittas.
Ch. Qui cum loquitur filius? Clit.
Pater adest quẽ volui. adibo. Pater oportune aduenis. Ch.
Quid id ẽ? Clit. hũc Menedemũ nostin nostrũ vicinũ? Ch.
Probe. Clit. huic filiũ scis eẽ? Ch. audiui in Asia. Clit. nõ ẽ pater.
Apud nos ẽ. Ch. qd ais? Clit. aduenientẽ e naui egredientẽ ilico,
Adduxi ad cœnã, nam mihi magna cũ eo iam inde vsq; a pueritia
Semper fuit familiaritas. Ch. voluptatẽ magnã nuncias.
Quã vellẽ Menedemũ inuitatũ, vt nobiscũ esset hodie, amplius
Vt hanc lætitiam nec opinanti primus ei obijcerem domi.
Atq; etiã nũc tẽpus est. Clit. caue faxis nõ est opus pater. Ch.
Quapropter? Clit. qa eñ ĩcertũ st etiã ẽ qd de se faciat. modo venit
Timet omĩa, patris irã. et animũ amicæ se erga vt sit suæ.
Eã misere amat, ꝓpter eã hæc turba. atq; abitio euenit. Ch. scio
Cli. Nũc seruolũ ad eã ĩ vrbẽ misit. et ego nr̃m vna Syrũ. Ch. qd
narrat? Clit. qd ille? se miserũ eẽ. Ch. miserũ? quẽ minus credere est
Quid reliqui est. quin habeat quæ qdẽ esse in homine dicunt bona
Parentis, patriã incolumem, amicos. genus, cognatos. diuitias
Atque hæc perinde sunt, vt illius animus est qui ea possidet
Qui vti scit, ei bona sunt. illi q nõ vtitur recte, mala. Clit.
Immo ille fuit senex importunus semper. & nũc nihil magis
Vereor. q̃ ne quid in illũ iratus plus satis faxit pater. Ch.
Ille ne? sed reprimã me. nã in metu esse hũc illi est vtile. Clit.
Quid tute tecũ? Ch. dicã. vt vt erat. mansum tamen oportuit.

Fortasse aliquanto iniquior erat. propter eius libidinem
Pateretur, nam quem ferret, si parentem non ferret suum?
Huncine erat æquom ex illius more, an illum ex huius viuere?
Et quod illum insimulat durum, id non est, nam parentū iniuriæ
Vniusmodi sunt ferme, paulo qui est homo tolerabilis,
Scortari crebro nō vult, nō volūt crebro conuiuarier,
Præbet exigue sumptum, & ea sunt tum ad virtutem omnia,
Verum vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala,
Necesse est: Clitipho: consilia consequi consimilia, hoc
Scitum ē periculum ex alijs facere, tibi quod ex vsu siet, **Cli.**
Ita credo, **Ch.** ego ibo hinc intro, vt videā nobis qd cœnæ siet,
Tu vt tēpus est diei, vide sis ne quo hinc abeas longius,

CLITIPHO,

q Vam iniqui sunt patres in omnes adulescentes iudices,
Qui æquū esse censent, nos iā a pueris ilico nasci senes,
Neq̃ illarum affines esse rerum, quas fert adulescentia,
Ex sua libidine moderantur, nunc quæ est, non quæ olim fuit,
Mihi si vnquam filius erit, næ ille facillime vtetur patre,
Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus,
Non vt meus, qui mihi per alium ostendit suam sententiam.
Perij, is mihi vbi adbibit plus paulo, sua qui narrat facinora,
Nunc ait periculum ex alijs facito tibi, quod ex vsu siet,
Astutus, ne ille: haud scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam,
Magis, nunc meæ amicæ dicta stimulant, da mihi, atq̃ affer mihi,
Cui quid respondeam nihil habeo, neq̃ me quisq̃ est miserior,
Nam hic Clinia, & si is q̃q̃ suarum rerum satagit, attamen
Habet bene ac pudice educatam, & ignaram artis meretriciæ,
Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis,
Tum quod dem ei recte est, nam nihil esse mihi religio est dicere,
Hoc ego mali non pridem inueni, neq̃ etiam dum scit pater,

CLINIA, CLITIPHO,

HEAVTON TIMORVMENOS,

I mihi secūdæ res de amore meo essent. iam dudū scio

Venissent, sed vereor me absente ne mulier corrupta sit,

Cōcurrūt multæ opiniones, quæ mihi animū exaugeant.

Locus. occasio, ætas, mater (sub imperio cuius est) mala.

Cui nihil iā pter pciū dulcest. **Clit.** Clinia. **Cli.** hei misero mihi.

Clit. etiā caue ne videat forte hic te a pre aliqs exiēs. **Cli.**

Faciā, sed nescio quid profecto mihi animus præsagit mali, **Clit**

Pergin istuc pri⁹ dijudicare, q̄ scias quid veri siet, **Cli.**

Si nihil mali esset, iā hic adesset, **Clit** iā aderūt, **Cli.** qn̄ istuc erit?

Clit Non cogitas hinc lōgius abesse? & nosti mores mulierum,

Dum moliuntur, dum comant, mann⁹ est, **Cli.** o Clitipho

Timeo, **Clit.** respira, eccū Dromonē cū Syro vna adsunt tibi,

SYRVS, DROMO, CLINIA, CLITIPHO,

a In tu? **Dr.** sic est, **Sy.** ver, iterea dū sermōes cædim⁹

Ille sūt relictæ, **Clit.** mulier tibi adest, audi clinia **Cli.**

Ego vero audio, nunc demum & video, Valeo Clitipho, **Sy.**

Minime mirum, adeo impeditæ sunt, ancillarum gregem

Ducūt secū, **Cli.** perij vnde illi sunt ancillæ? **Clit.** me rogas?

Sy Nō oportuit relictas, portāt q̄d rerū, **Cli.** hei mihi, **Sy.**

Aurum, vestem, et vesperascit. & non norunt viam.

Factū a nobis stulte est, abidū tu Dromo illis obuiā,

Prope, q̄d stas? **Cli.** veh misero mihi, quāta de spe decidi, **Clit.**

Quid istuc, quæ res te sollicitat aūt? **Cli.** rogas quid fiet?

Viden tu ancillas? aurū, vestē, quā ego cū vna ancillula

Hic reliq, vnde ea esse cēses? **Clit.** vah. nūc demū intelligo. **Sy**

Di boni quid turbest, ædes nostræ vix capient scio.

Quid comedent? quid ebibent? q̄d senterit nostro miserius,

Sed video, eccos quos volebā. **Cli.** o Iupiter vbi nam est fides?

Dū ego propter te errans patria careo demēs, tu interea loci

Collocupletasti te Antiphila, & me in his deseruisti malis,

Propter quā i summa infamia sum, et meo p̄ri min⁹ sum obsequēs.

Cuius nunc pudet me, & miseret, qui harũ mores cantabat mihi,
Nouisse frustra dolet, neq; Potuisse vnq̃ ab hac me expellere,
Quod tamen nunc faciam, tũ cũ gratũ mihi esse potuit, nolui,
Nemo est miserior me, **Sy.** hic de nr̃is verbis errat videlicet,
Quæ hic sumus loquuti, Clinia aliter tuum amorẽ atq; est accipis
Nam & vitast eadem, & animus te erga idem ac fuit,
Quantum ex ipsa re coniecturam fecimus, **Clin.**
Quid est obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omniumst
Quod malim q̃ me hoc falso suspicarier, **Sy.**
Hoc primum vt ne quid huius rerum ignores, anus
(Quæ est dicta mater esse ei) antehac non fuit.
Ea obijt mortem, hoc ipsa in itinere alteræ
Dum narrat, forte audiui, **Clit.** quæ nam est altera? **Sy.**
Mane, hoc quod cœpi primum enarrem o Clitipho,
Post istuc veniã, **Clit.** propera, **Si.** iam primum omnium
Vbi ventum ad ædis est, Dromo pultat fores,
Anus quædam prodijt, hæc vbi aperuit hostium
Continuo hic se coniecit intro, ego consequor.
Anus foribus obdit pessulum, ad lanam redit.
Hinc sciri potuit (haud vsq; alibi) Clinia
Quo studio vitam suam te absente exegerit,
Vbi de improuiso est interuentum mulieri,
Nam ea res dedit tum existimandi copiam
Quottidianæ vitæ consuetudinem,
Quæ cuiusq; ingenium vt sit declarat maxume,
Texentem telam studiose ipsam offendimus,
Mediocriter vestitam veste lugubri,
Eius anuis causa (vt opinor) quæ erat mortua,
Sine auro tum ornatam, vti quæ ornantur sibi,
Nulla mala re esse expolitam muliebri.
Capillus pexus, prolixus, circum caput

Reiectus negligenter. pax. Clit. Syre mi obsecro
Ne me in lætitiam frustra cōiicias. Si. anus
Subtegmen nebat, præter eā vna ancilla erat.
Ea texebat vna pannis obsita.
Neglecta. immunda illuuie. Clit. si hæc sunt Clinia
Vera (ita vti credo) quis te est fortunatior?
Scin hanc quam dicit sordidatam et sordidam
Magnū hoc quoqꝫ signumst, dominā esse extra noxam.
Cum eius tam negliguntur internuncij.
Nam disciplina est iisdem munerarier
Ancillas primū ad dominas que affectant viam.
Cli. Perge obsecro te. & caue ne falsam gratiam
Studeas inire. quid ait vbi me nominas? Sy.
Vbi dicimus rediisse te. & rogare vti
Veniret ad te mulier, telam deserit
Continuo, & lachrymis opplet os totum sibi.
Vt facile scires desiderio id fieri tuo.
Cli. Præ gaudio (ita me Di ament) vbi sim nescio. Ita timui.
Clit at ego nihil esse sciebam Clinia.
Agedum vicissim Syræ. dic quæ illast altera.
Sy. Adducimus tuā Bacchidē. Clit hem quid Bacchidē?
Eho. scelestę q̄ illā adducis? Sy. q̄ ego illā? ad nos scilicet. Clit.
Ad patrē ne? Sy. ad eū ipm. Clit o hominis impudentem
Audaciā. Sy. heus nō fit sine piclo facin⁹ magnū & memorabile
Clit. hoc vide ī mea vita tu tibi laudē is q̄situ͂ scel⁹ vbi si paululum
Mō qd te fugerit ego pieri, qd illo facias Sy. at em, Clit qd em?
Sy. si sinas dicam, Cli. sine, Clit.
Sino, Sy. ita res est, hæc nūc q̄si cū, Clit. quas (malū) ambages mihi
Narrare occipit, Cli. Syre, verū hic dicit, mitte ista, ad rē redi,
Sy. Enimuero reticere nequeo, multis modis iniurius
Clitipho est, neqꝫ ferri potis est, Cli. audiendū hercle est, tace,

Vis amare, vis potiri, vis quod des illi effici,
Tuum esse in potiundo periculũ non vis, haud stulte sapis,
Siquidem id sapere est, velle te id quod non potest contingere,
Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt,
Harum duarum condicionum nunc vtram malis vide,
Et si hoc consilium (quod cœpi) rectum esse & tutum scio,
Nam apud patrem tua amica, tecum sine metu vt sit copiast,
Tum q̄ illi argentum es pollicitus, eadem hac inueniam via,
Quod vt efficerem orãdo surdas iã auris reddideras mihi, Cli.
Quid aliud tibi vis? Cli. siqdẽ hoc fit, Sy. siqdẽ experiundo
Age age, cedo istuc tuũ cõsiliũ qd id ẽ? Sy. assimulabim⁹ (scies
Tuã amicã, huius esse, Cli. pulchre, cedo quid hic faciet de sua?
An ea q̃q̧ dicet̃ hui⁹? si vna hæc dedecori est parũ? Sy. (tipho,
Immo ad tuã matrẽ deducet? Cli. qd eo? Sy. longum ẽ o Cli-
Si tibi narrẽ, quã ob rẽ id faciam, vera causa est, Cli. fabulæ,
Nihil satis firmi video, q̃ ob rẽ accipere hũc mihi expediat metũ,
Sy. Mane, habeo aliud, si istuc metuis, q̃d ambo cõfiteamini
Sine periculo esse, Cli. huiusmodi obsecro aliqd repperi, Sy.
Ibo obuiã, ijs dicam vt reuertantur domũ, Cli. hem, (maxie,
Quid dixti? Sy. ademptum tibi iam faxo omnem metum,
In aurem vtram vis ociose vt dormias, Cli.
Quid ago nũc? Sy. tu ne? quod bonist. Cli. Syre dic modo
Verum, Sy. age modo hodie sero, ac ne quicq̃ voles, Cli.
Datur modo fruare dum licet, nam nescias
Ei⁹ si sit potestas posthac an nunq̃ tibi, Cli.
Syre inq̃, Sy. perge porro tamen istuc ago, Cli.
Verũ hercle istuc est Syre, Syre inquam, heus heus Syre, Sy.
Concaluit, qd vis? Cli. redi redi. Sy. adsum, dic quid est,
Iam hoc quoq̧ negabis tibi placere? Cli. immo Syre,
Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi.
Tu es iudex, ne quid accusandus sis vide, Sy.

Ridiculũ est te istuc me admonere Clitipho,
Quasi istic minor mea res agatur, q̃ tua.
Hic si quid nobis forte aduersi euenerit,
Tibi erunt parata verba, huic homini verbera,
Quapropter neutiq̃ hæc res ñeglectui est mihi,
Sed istum exora, vt suam esse assimulet, **Cli.** scilicet
Facturum me esse, in eum iam res rediјt locum,
Vt sit necesse, **Clit.** merito te amo Clinia, **Clin.**
Verum illa ne quid titubet, **Sy.** Perdoctast probe, **Clit.**
At hoc demiror qui tam facile potueris
Persuadere illi, quæ solet quosq; spernere, **Sy.**
In tempore ad eam veni, quod rerum omniumst
Primum, nam miserum quendam offendi ibi militẽ,
Eius noctem orantem, hæc arte tractabat virum,
Vt illius animum cupidum inopia incenderet,
Eademq; vt esset apud te ob hoc q̃ gratissima,
Sed heus tu vide sis, ne quid imprudens ruas,
Patrem nosti ad has res q̃ sit perspicax,
Ego te autem noui q̃ esse soleas impotens,
Inuersa verba, euersas ceruices tuas,
Gemitus, screatus, tussis, risus abstine. **Clit.**
Laudabis, **Sy.** vide sis, **Clit.** tu te met mirabere, **Sy.**
Sed q̃ cito sunt consecutæ mulieres, **Clit**
Vbi sunt? cur retines? **Sy.** iam nunc hæc non est tua, **Clit**
Scio apud patrem, at nunc interim? **Sy.** nihilomagis, **Clit.**
Sine, **Sy.** non sinam inq̃, **Clit** quæso paulisper, **Sy.** veto,
Clit Saltem salutare, **Sy.** abeas si sapis, **Clit.** eo, (ambula
Quid istic? **Sy.** manebit, **Clit.** o hominẽ felicem, **Sy.**

BACHIS, ANTIPHILA, CLINIA, SYRVS

Depol te mea Antiphila laudo, & fortunatam iudico,
Id cũ studuisti isti formæ mores vt consimilles forent,

Minimeq; (ita me Di ament) miror, si te sibi quisq; expetit.
Nam mihi quale ingeniũ haberes, fuit indicio oratio tua.
Et cum egomet nunc mecũ in animo vitam tuam cõsidero,
Omniumq; adeo nostrarũ volgus quæ ab se segregant,
Et vos esse istiusmodi, et nos non esse haud mirabilest,
Nam expedit bonas esse vobis, nos quibus cum res est nõ sinunt
Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt,
Hæc vbi immutata est, illi suum animũ alio conferunt.
Nisi prospectũ interea aliquid nobis est, deserte viuimus,
Vobis cum vno simul vbi ætatem agere decretumst viro,
Cui⁹ mos maxime ē cõsimilis moribus vostrũ, hi se ad vos applicāt
Hoc beneficio vtriq; ab vtrisq; vero deuincimini.
Vt nunq; vlla amori vestro incidere possit calamitas. **An.**
Nescio alias, me scio quidem semper fecisse sedulo,
Vt ex illius cõmodo, meum cõpararē cõmodũ. **Clin.** vah
Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducē me in patriā facis,
Nam dũ abs te absum, oẽs mihi labores fuere (quos cœpi) leues
Preter q; tui carendũ q̃d erat. **Sy.** credo. **Clin.** Syre, vix suffero
Hoccine me miserũ nõ licere meo modo ingenio frui?
Sy. imo vt patrē tuũ vidi esse habitũ diu etiā duras dabit.
Ba. qs nā hic adulescēs ē, q̃ ituet nos? **An.** ah, retine me obsecro
Ba. aābo, qd tibi est? **An.** disperij. **Ba.** misera qd stupes
Antiphila? **An.** videon Clineā, an nõ? **Ba.** quē vides? **Cli.**
Salue aīe mi. **An.** o mi expectate Cliia, salue. **Cli.** vt vales? **An.**
Saluum venisse gaudeo. **Clin.** teneo ne te
Antiphila, maxime animo exoptata meo? **Sy.**
Ite intro, nam vos iamdudum expectat senex.

CHREMES. MENEDEMVS,

Vcescit, hoc iam cur cesso pultare hostium
1 Vicini, primum ex me vt sciat sibi filium
Redisse, & si adulescentem hoc nolle intelligo,

Verum cum videā miserū hunc tam excruciarier
Eius abitu, celem tam insperatum gaudium,
Cum illi nihil pericli ex indicio siet?
Haud faciam, nā (q̄ potero) adiuuabo senem.
Ita vt filium meū amico, atq; æquali suo
Video inseruire. et socium esse in negotijs.
Nos quoq; senes est æquom senibus obsequi. **Me.**
Aut ego profecto ingenio egregie ad miseriam
Natus sum. aut illud falsumst quod volgo audio
Dici. Diem adimere ægritudinem hominibus,
Nam mihi quidem cottidie augescit magis
De filio ægritudo, et quanto diutius
Abest. magis cupio. tanto & magis desidero.
Ch. Sed ipsum foras egressum video, adibo. alloquar.
Menedeme salue. nuncium apporto tibi.
Cuius te maxime fieri participem cupis. **Me.**
Nūquid nam de gnato meo audisti Chreme? **Ch.** valet atq; viuit.
Me. vbi nā est quæso? **Ch.** apud me domi. **Me.** meus gnatus?
Ch. sic est, **Me.** venit? **Ch.** certe. **Me.** Clinia Meus venit?.
Ch. dixi. **Me.** eamus, duc me ad eum obsecro.
Ch. Non volt te scire se redisse, etiam et tuum
Conspectum fugitat, propter peccatum, tum hoc timet.
Ne tua duritia illa antiqua, etiam adaucta siet. **Me.**
Non tu ei dixisti vt essem? **Ch.** non, **Me.** quāobrē Chreme?
Ch. Quia pessume istuc in te, atq; in illum consulis.
Si te tam leni & victo esse animo ostenderis.
Me. Nō possum. satis iam, satis pater durus fui. **Ch.** ah
Vehemens in vtranq; partem Menedeme es nimis
Aut largitate nimia, aut parsimonia.
In eandem fraudem ex hac re. atq; ex illa incides.
Primum olim potius, q̄ paterere filium.

Commeare ad mulierculam, quæ paululo
Tum erat contenta, cuiq; erant grata omnia,
Perterruisti, hinc ea coacta ingratis
Post illa cœpit victum volgo quærere,
Nunc cum sine magno detrimento non potest
Haberi, quid vis dare cupis. nam vt tu scias.
Quam ea nunc instructa pulchre ad pernitiem siet,
Primum. iam ancillas secum adduxit plus decem
Oneratas veste, atq; auro, satrapes si siet
Amator, nunq; sufferre eius sumptus queat,
Ne dū tu possis. **Me.** est ne ea intus? **Ch.** sit rogas?
Sensi. nam ei vnam cœnam. atq; eius comitibus
Dedi. quod si iterum mihi sit danda. actum siet,
Nam (vt alia omittā) pitissando modo mihi
Quid vini absumpsit? sic dicens asperum
Pater hoc est, aliud lenius: sodes vide,
Releui dolia omnia, omnes serias, seruos.
Omnes sollicitos habui, atq; hæc vna nox,
Quid te futurum censes, quem assidue exedent?
Ita me di amabunt. vt tuarum misertumst
Menedeme fortunarum. **Me.** faciat quod libet
Sumat, consumat. perdat decretumst pati,
Dum illum modo habeā mecū. **Ch.** si certum est tibi
Sic facere. id permagni referre arbitror.
Vt nescientem sentiat te id sibi dare. **Me.**
Quid faciam? **Ch.** qd vis, potius q; quod cogitas,
Per alium quem vis vt des. falli te sinas
Technis per seruulū. & si subsensi id quoq;
Illos ibi esse. & id agere inter se clanculū.
Syrus cum illo nostro consusurrat. conferunt
Consilia adulescentes. & tibi perdere

Talentum hoc pacto satius est, quam illo minam
Non nūc de pecunia agitur, sed illud quo modo
Minimo periculo id demus adulescentulo,
Nam si semel tuum animum ille intellexerit,
Prius perditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quā abs te amittas filium, hui,
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris?
Tibi autem porro vt non sit suaue viuere.
Nam deteriores omnes sumus licentia.
Quodcunque inciderit in mentem volet, neque id
Putabit prauum an rectum siet quod petet.
Tu rem perire, & ipsum non poteris pati.
Dare si denegaris, ibit ad illum ilico,
Quo maxime apud te se valere sentiet,
Abiturum se abs te esse illico minabitur? **ME.**
Videre verum, atque ita, vt res est dicere? **CH.**
Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
Dum id quæro, tibi qui filium restituerem, **ME.**
Cedo dexteram, porro te idem oro vt facias Chreme, **CH.**
Paratus sum, **ME.** scin quid nunc te facere volo, **CH.**
Dic, **ME.** Quod sensisti illos me incipere velle fallere,
Id vt maturent facere, cupio illi dare
Quod vult, cupio ipsum iam videre, **CH.** operam dabo,
Syrus est prehendendus atque adhortandus mihi.
A me nescio quis exit, concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere sentiant.
Paululum negotij mihi obstat, Symus, & Crito
Vicini nostri hic ambigunt de finibus:
Me cœpere arbitrum, ibo ac dicam, vt dixeram,
Operam daturum, me hodie non posse his dare,
Continuo hic adero, **ME.** ita quæso, Di vostram fidem

Itan cõparatam esse hominũ naturam omnium.
Aliena melius vt videant, & iudicent.
Quam sua. an eo fit, quia in re nostra. aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?
Hic mihi quãto nũc plus sapit, q̃ egomet mihi? Ch.
Dissolui me ocius operam vt tibi darem.

SYRVS CHREMES,

Ac illac circumcursa. inueniendum est tamen
h Argentum. intendenda in senem fallacia,
Ch. Non me fefellit hosce id struere? videlicet.
Ille Cliniæ seruus tardiusculus est,
Iccirco huic nostro tradita est prouincia. Sy.
Quis hic loquit? pij. nũ nã hæc audiuit? Ch. Syre. Sy. hẽ? Ch.
Quid tu istic? Sy. recte, quidem te demiror Chreme
Tam mane. qui heri tantum biberis. Ch. nihil nimis. Sy.
Nihil narras. visa vero est (quod dici solet)
Aquilæ Senectus. Ch. eia. Sy. mulier cõmoda
Et faceta hæc est meretrix. Ch. sane idem est visa mihi. Sy.
Equidẽ hercle forma luculenta. Ch. sic satis. Sy.
Ita non vt olim, sed vti nunc sane bona
Minimeq; miror Clinia hanc si deperit.
Sed habet patrem quendã auidum. miserũ. atq; aridũ,
Vicinum hunc nostin? at qui non diuitijs
Abundet. gnatus eius profugit inopia.
Scin esse factum, vt dico? Ch. quid; ego nesciam?
Hominẽ pistrino dignũ. Sy. quẽ? Ch. istum seruulũ
Dico adulescentis. Sy. Syre tibi timui male. Ch.
Qui passus est id fieri? Sy. quid faceret? Ch. rogas?
Aliquid repperiret. fingeret fallacias.
Vnde esset adulescenti amicæ quod daret.
Atq; hunc difficilem inuitum seruaret senem. Sy.

HEAVTONTIMORVMENOS,

Garris. Ch. hæc facta ab illo oportebat Syre. Sy.
Eho quæſo laudas heros qui fallunt? Ch. loco,
Ego vero laudo, Sy. recte ſane, Ch. quippe
Magnarum ſæpe id remediū ægritudinum eſt,
Iam huic manſiſſet vnicus gnatus domi, Sy.
Iocon an ſerio illæc dicat neſcio,
Niſi mihi q̃de addit animū quo libeat magis? Ch.
At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuo
Abeat, cum tolerare huius ſumptus noñ queat?
Nonne ad ſenē aliquā fabricā fingit? Sy. ſtolidus eſt, Ch.
At te adiutare oportet aduleſcentuli
Cauſa. Sy. facile equidem facerē ſi iubes,
Etem̃ quo pacto id fieri ſoleat calleo, Ch.
Tāto hercle melior Sy. non eſt mentiri meum. Ch.
Fac ergo. Sy. at heus tu facito (dum eadem hæc memineris)
Si quid huius ſimile forte aliquando euenerit,
(Vt ſunt humana) tuus vt faciat filiꝰ. Ch.
Non vſu veniet ſpero? Sy. ſpero ego hercle quoq̄,
Neq̄ eo nunc dico ꝙ quicq̄ illum ſenſerim,
Sed ſi quid, ne quid, quæ ſit eius ætas vides,
Et ne ego te (ſi vſus veniat) magnifice Chreme
Tractare poſſim. Ch. de iſtoc (cū vſus venerit)
Videbimus quid opus ſit, nunc iſtuc age, Sy.
Nunq̄ cōmodius, q̄ nunc herum audiui loqui,
Nec cum malefacerem, crederem mihi impunius
Licere, quis nam a nobis egreditur foras?

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS,

Vid iſtuc queſo. q̄ſ iſtic moſ ē clitipho? ita ne fieri oportet?
Cl. qd ego feci? Ch. vidi ego te modo manū ī ſinū huic meretrici
Inſerere? Sy. acta hæc res ē, perij. Cl. me ne? (neas manū,
Ch. hiſce oculis, ne nega. facis adeo īdigne īiuriā illi, qui nō abſti-

Nam istæc quidem contumelia est hominem amicum recipere
Ad te, atq; eius amicam subagitare, vel heri in conuiuio
Quã immodestus fuisti? Sy. fatet factũ, Ch.
Quã molestus, vtequidem ita me Di ament,
Metui quod futurum denicq; esset. noui ego amantium
Animos, aduortunt grauiter quæ non censeas, Cli. mihi fides
Apud hunc est, nihil me istius facturum pater, Ch.
Esto, at certe concedas aliquo ab eorum ore aliquantisper,
Multa fert libido, ea prohibet facere tua præsentia, ego de me
Facio coniecturam, nemo est meorum amicorum hodie, apud
Quem expromere omnia mea occulta Clitipho audeam?
Apud alium prohibet dignitas, apud alium ipsius facti piget.
Ne ineptus, ne proteruus videar, quod illum facere credito.
Sed nr̃m est intelligere vtcũq;, atq; vbicũq; opus sit obseq, Sy
Quid istic narrat? Cli. perij, Sy. clitipho, hec ego pcipio tibi,
Hoĩs frugi et tẽperantis functus officiũ, Clit. tace sodes, Sy.
Recte sane, Ch Syre pudet me, Sy credo, neq; id iiuria, (videt,
Quin mihi molestũst, Clit. pgi hercle, Sy verũ dico Clit qd
Nõne accedã ad illos? Ch. eho q̃so ad eos vna accedũdi via est,
Sy Actũst, hic pri⁹ se indicarit, q̃ ego argentũ effero, Chreme,
Vin tu hoĩ stulto mihi auscultare? Ch quid faciã? Sy. iube hũc,
Abire hĩc aliq, Cli. q̃ ego hinc abeã? Sy. q̃ lubet, da illis locũ,
Abi deambulatũ, Cli. deambulatũ, quo? Sy. vah quasi desit
Abi sane istac, istorsũ q̃ vis, Ch recte dicit, censeo. Clit (loc⁹.
Di te eradicent Syre, qui me istinc extrudis, Sy. at tu pol
Tibi istas Posthac comprimito manus,
Censen vero? quid illum porro credis facturum Chreme?
Nisi eũ (quantũ Di dant tibi opis) seruas, castigas, mones, Ch.
Ego istuc curabo. Sy. atq nũc here hic tibi adseruãd⁹ est, Ch.
Fiet, Sy. si sapias, nã mihi iã minus minusq; obtẽperat, Ch.
Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egi egisti Syre? aut

Repperisti tibi quod placeat, an nondū etiam? **Sy.** de fallacia
Dicis? hem inueni nup quandā. **Ch.** frugi es, cedo qd id ē? **Sy.**
Dicā, verū vt aliud ex alio incidit. **Ch.** qd nā Syre? **Sy.** pessima
Hæc ē meretrix. **Ch.** ita videt. **Sy.** immo si scias,
Vah video quod incœptet facinus. Fuit quædā anus Corynthia
Hic. huic drachmarū hæc argēti mille dederat mutuū. **Ch.**
Quid tum? **Sy.** ea mortuast. reliquit ei filiā adulescentulam
Ea relicta huic arraboni est pro illo argento. **Ch.** intelligo. **Sy.**
Hanc secū huc adduxit, ea q̄ est nunc ad vxorem tuam. **Ch.**
Quid tum? **Sy.** Clinia orat sibi vti nunc det illam, illi tamen
Post daturū mille numū poscit. **Ch.** et poscet qdē? **Sy.** hui
Dubiū ne id est? **Ch.** ego sic putaui qd nūc facere cogitas? **Sy.**
Ego ne? ad Menedemū ibo, dicā hanc esse captā a Caria,
Ditem, et nobilē, si redimat magnū inesse in ea lucrū. **Ch.**
Erras. **Sy.** qd ita? **Ch.** p Menedemo nunc tibi ego respondeo,
Non emo, qd ais? **Sy.** optata loquere. **Ch.** atq nō op⁹ ē. **Sy.**
Nō opus est? **Ch.** nō hercle vero. **Sy.** qd istuc, miror. **Ch.** iam
Scies, Mane mane. qd est q̄ tam a nobis grauiter crepuere fores?

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX, SYRVS,

Ni si me anim⁹ fallit, hic pfecto est anul⁹, quē ego suspicor,
Is q cū exposita ē gnata. **Ch.** qd volt sibi Syre hec oro?
So. qd ē? is ne tibi videt? **Nu.** dixi eqdē vbi mihi ostēdisti ilico,
Eū eē. **So.** at vide vt satis cōtēplata mō sis mea nutrix. **Nu.** satis,
So. Abi iam nunc intro, atq illa si iam lauerit mihi nuncia,
Hic ego virū interea operibor. **Sy.** te volt, videas quid velit,
Nescio qd tristis est, nō temerest, metuo qd fiet. **Ch.** qd fiet?
Ne ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit. **So.**
Ehē mi vir. **Ch.** ehē mea vxor. **So.** teipm q̄ro. **Ch.** loquere qd
Primū hoc te oro, ne qd credas me aduersū edictū tuū (velis. **So.**
Facere eē ausam. **Ch.** vin me istuc tibi (et si incredibile ē) credere
Credo? **Sy.** nescio quid peccati portet hæc purgatio, **So.**

Meministin me esse grauidã, et mihi te maxiopere interminatũ,
Si puellam parerem nolle tolli? **Ch.** scio quid feceris.
Sustulisti, **Sy.** si sic est factũ domina? ergo herus dãno auct⁹ ẽ,
So. Minime, sed hic erat anus Corinthia haud impura, ei dedi
Exponẽdã, **Ch.** o Iupiter, tantã inesse animo inscitiam, **So.**
Perij. qd ego feci? **Ch.** rogitas? **So.** si peccaui mi Chreme,
Insciens feci, **Ch.** id equidẽ ego (etiam si tu neges) certo scio.
Te inscientem, atq; imprudentem dicere, ac facere omnia.
Tot peccata in hac re ostendis. nam iam primum si meum
Imperium exequi voluisses, interemptam oportuit.
Non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitæ dare.
At id omitto, misericordia, animus maternus, sino,
Quam bene vero abs te prospectũ est, quid voluisti? cogita,
Nempe anui illi prodita abs te filia est planissime,
Per te veluti quæstum faceret, veluti veniret palam,
Credo id cogitasti, quid vis? satis est dum viuat modo
Quid cum illis agas? qui neq; ius, neq; bonum, atq; æquũ sciũt.
Melius, peius, prosit, obsit, nihil vident, nisi quod lubet? **So**
Mi Chreme peccaui fateor, vincor, nunc te obsecro,
Quanto tuus est animus natũ grauior tanto ignoscentior,
Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidij, **Ch.**
Scilicet equidem istuc factum ignoscam, verum Sostrata
Male docet te mea facilitas multa, sed istuc quid ẽ?
Qua hoc occeptũst cã? loquere? **So.** vt stultæ et miseræ omnes
Religiosæ, cum exponendam do illi, de digito anulum (sumus.
Detraho, & eum dico vt vna cum puella exponeret
Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis, **Ch.**
Istuc recte conseruasti te atq; illã, **So.** hic is est anulus, **Ch.**
Vñ hũc habes? **So** q̃ bacchis secũ adduxit adulescẽtulã, **Sy.** hem
Ch. Quid ea narrat? **So.** ea lauatũ dũ it, seruandũ mihi dedit,
Anulum, non aduorti primo, sed postq̃ aspexi, ilico

Cognoui,ad te exilui, **Ch.** quid nunc suspicare, aut inuenis
De illa? **So.** nescio,nisi vt ex ipsa quæras vnde hũc habuerit
Si põt repperiri. **Sy.** interij,plus spei video q̃ volo,
Nostra est,si ita est. **Ch.** viuit ne illa cui tu dederas? **So.** nescio,
Ch. Quid renũciauit olim fecisse? **So.** id quod iusseram. **Ch.**
Nomen mulieris cedo quod sit, vt quærat̃. **So.** Philteræ. **Sy.**
Ipsa est,mirũ ni illa salua est,& ego perij. **Ch.** Sostrata
Sequere me intro hac. **So.** vt præter spem euenit, q̃ timui male,
Ne nunc animo ita esses duro, vt olim in tollẽda Chreme. **Ch.**
Non licet hominẽ esse sæpe ita vt vult. si res non sinit,
Nunc ita tempus est mihi, vt cupiam filiam, olim nihil minus.

SYRVS,

Nisi me animus fallit haud multũ a me aberit infortunium
Ita hac re in angustũ oppido nunc cogunt̃ copiæ meæ,
Nisi aliquid video ne esse amicã hanc gnati resciscat senex.
Nam quod sperẽ de argento, aut posse postulẽ me fallere,
Nihil est,triumpho.si licet me latere tecto,& abscedere
Crucior bolũ tantũ mihi ereptũ tam subito e faucibus.
Quid agam? aut qd comminiscar? ratio deintegro meundast mihi
Nihil tam difficile ẽ, quin quærẽdo inuestigari possiet.
Quid si hoc sic incipiã nunc? nihil est.quid si sic? tantundem egero.
At sic opinor,non potest.immo optime, euge optumã habeo.
Retrahã hercle (opinor) ad me illud idẽ fugitiuũ argentũ tamen

CLINIA, SVRVS,

Vlla mihi res posthac potest iam interuenire tanta
Quæ mihi egritudinẽ afferat,tanta hæc lætitia aborta est
Dedo patri me nunc, iam vt frugalior sim q̃ volt. **Sy.**
Nihil me fefellit, cognita est quantũ audio huius verba.
Istuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor. **Clin.**
O mi Syre audistin obsecro? **Sy.** quid ni? qui vsq; vna affuerim?
Clin. Cui æq audisti cõmodi? qcq̃ euenisse? **Sy.** Nulli. **Clin.**

Atq; ita me Di ament, vt ego nunc non tam meapte causa
Lætor, q̃ illius, quã ego scio esse honore quouis dignam, Sy.
Ita credo, sed nunc Clinia age, da te mihi vicissim,
Nam amici quoq; res est videnda, in tuto vt collocetur,
Ne qd de amica nũc senex, Clin. o Iupit. Sy. qesce, Clin.
Antiphila mea nubet mihi. Sy. Siccine mihi interloqre? Clin.
Quid faciã Syre mi? gaudeo, fer me. Sy. fero hercle vero. Clin
Deorũ vitã adepti sum⁹. Sy. frustra opã opior hanc sumo. Cli.
Loqre, audio, Sy. at iã hoc nõ ages. Cli. agã Sy. vidẽdũ ẽ iq̃
Amici quoq; res Clinia tui in tuto vt collocet.
Nam si nunc a nobis abis. & Bacchidem hic relinquis,
Noster rescisceт ilico esse amicam hanc Clitiphonis,
Si abduxeris celabitur itidem, vt celata adhuc est. Cli.
At eñ istoc nihil est magis Syre meis nuptijs aduorsum,
Nã q̃ ore appellabo p̃rem mihi dare vxorẽ, cum viderit me habere
Amicã, tenes, qd dicã Sy. qd ni? Clin.
Quid dicã? quam causam afferã? Sy. quin nolo mentiare,
Apte (ita vt res sese habet) narrato. Clin. quid ais? Sy. iubeo
Illã te amare, & velle vxorem hanc esse Clitiphonis. Clin.
Bonã atq; iustã rem oppido imperas, & factu facilem,
Et scilicet iam me hoc voles patrem exorare, vt celet
Senem vostrũ. Sy. immo vt recta via rem narret ordine omnẽ.
Cli. hem Satin san⁹ es, & sobrius? tu quidem illum prodis plane.
Nam qui ille poterit esse in tuto, dic mihi? Sy.
Huic equidẽ cõsilio palmã do, hic me magnifice effero,
Qui vim tantã in me, & potestatem habeam tantæ astutiæ
Vera dicendo, vt eos ambos fallam, vt cum narret senex
Vester nostro, istam esse amicã Gnati, non credat tñ. Clin.
At eñ spem istoc pacto rursum nuptiarũ omnẽ mihi eripis,
Nam dum amicã hanc meam esse credet, non cõmittet filiam,
Tu fortasse qd de me fiat paruipẽdis, dum illi cõsulas Sy.

Quid? malū me tandē censes velle id adsimularier?
Vnus est dies, dum argentū eripio, pax nihil amplius. **Clin.**
Tantū sat habes? qd tū quæso si hoc pater resciuerit? **Sy.**
Quid si redeo ad illos qui aiūt, quid si nūc cœlū ruat. **Clin.**
Metuo quid agā. **Sy.** metuis? quasi nō ea potestas sit tua.
Quo velis in tēpore vt te exoluas, rem facias palam. **Clin.**
Age, age, traducat̄ Bacchis. **Sy.** optume ipsa exit foras.

BACHIS, CLINIA, SYSVS, DROMO, PHRIGIA,

S Atis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt,
Decē minas, q̄s mihi dare pollicitus est. q̄d si is nūc me
Deceperit sæpe obsecrās me, vt veniam, frustra vt veniet,
Aut cum venturam dixero, & constituero, cum is recte
Renunciarit, et Clitipho cum spe pendebit animi,
Decipiā, ac non veniā, Syrus mihi tergo pœnas pendet. **Clin.**
Satis scite promittit tibi. **Sy.** atqui tū hanc iocari credis?
Faciet, nisi cauero. **Ba.** dormiunt, ego pol istos commouebo,
Mea Phrygia audistin modo, homo iste quā villā demonstrauit
Charini. **Ph.** audiui. **Ba.** p̄ximā eē huic fūdo ad dexterā. **Ph.**
Memini. **Ba.** Curriculo p̄curre, apd' eū miles Dyonisia agitat
Sy. Quid inceptat? **Ba.** dic me hic oppido esse inuitā, atq; ser
Verū aliq̄ pacto verba his me daturā esse, et venturā. **Sy.** (uari,
Perij hercle, Bacchis mane, quo mittis istāc quæso? Iube maneat
Ba. abi. **Sy.** qn ē paratū argētū. **Ba.** qn ego hic māeo (facias
Sy. Atq iā dabit̄. **Ba.** vt lubet. nū ego isto? **Sy.** at sci qd sodes
Ba. qd? **Sy.** trāseundū ē nūc tibi ad Menedemū, et tua pompa
Eo t̄ducēda ē. **Ba.** quā rē agis? scel9. **Sy.** egon? argentū cudo,
Quod tibi dē. **Ba.** dignā me putas quā illudas? **Sy.** nō ē temere
Ba. Etiam ne tecū hic res mihi est? **Sy.** minime. tuū tibi reddo
Ba. Eatur. **Sy.** sequere hac. heus Dromo. **Dr.** quis me volt?
Sy. Syrus **Dr.** quid est rei? **Sy.**
Ancillas omnis Bacchidis traduce huc ad vos propere. **Dr.**
Quāobrē? **Sy.** ne quæras, & ferant quæ secum huc attulerunt,

Sperabit sumptum sibi senex leuatum esse harum abitu
Nę haud ille scit hoc paululum lucri, quantum ei. (dices,
Dāni apportet, tu nescis id q̄d scis Dromo, si sapies: Dr. mutū

CHREMES, SYRUS,

i Ta me di amabunt, vt nunc Menedemi vicem
Miseret me tantum deuenisse ad eum mali.
Illancine mulierem alere cum illa familia?
Et si scio hosce aliquot dies non sentiet,
(Ita magno desiderio fuit ei filius,)
Verum vbi videbit tantos sibi sumptus domi
Quottidianos fieri, nec fieri modum,
Optabit rursum vt abeat ab se filius.
Sed syrę optīe eccū? Sy. cesso huc adoriri: Ch. Syre? Sy. hē?
Ch. Quid est? Sy. te mihi ip̄m iādudū exoptabā dari? Ch.
Videre egisse iam nescio quid cum sene? Sy.
De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi? Ch.
Bonan fide? Sy. bona hercle, Ch. non possum pati
Quin tibi caput demulceam, accede huc Syre,
Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens, Sy.
At si scias q̄ scite mihi in mentē venerit Ch.
Vah, gloriare euenisse ex sententia? Sy.
Non hercle, vero verū dico. Ch. dic quid est? Sy.
Tui Clitiphonis esse amicā hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxisse, ne tu id persentisceres. Ch.
Probe: Sy. dic sodes. Ch. nimiū inq̄. Sy. immo sic satis,
Sed porro ausculta quod superest fallaciæ,
Sese ipse dicet tuam vidisse filiam.
Eius sibi complacitam formam, postq̄ aspexerit,
Hanc se cupere vxorem? Ch. modon quæ inuenta est? Sy.
Eam, & quidem iubebit posci. Ch. quam ob rem istuc Syre?

Nam prorsus nihil intelligo. Sy. vah, tardus es. Ch.
Fortasse, Sy. argentũ dabit ei ad nuptias,
Aurũ, atq; vestẽ, qui cõparet tenes ne? Ch. comparet? Sy.
Idipm. Ch. at illi ego neq; do, nec spondeo. Sy.
Nõ, quã obrẽ? Ch. quãobrẽ me rogas? hoĩ fugitio? Sy. vt lubet.
Non ego perpetuo dicebam, vt illam illi dares,
Verum vt simulares? Ch. non meast simulatio,
Ita tu istæc tua misceto, ne me admisceas.
Egon cui daturus non sim vt ei despondeam? Sy.
Credebam. Ch. minime, Sy. scite poterat fieri.
Et ego hoc (quia dudũ tu tantopere iusseras)
Eo cœpi. Ch. credo? Sy. cæterũ equidẽ istuc Chreme
Aequi, boniq; facio? Ch. at qui tum maxime
Volo te dare operam vt fiat, verum alia via. Sy.
Fiat, quæratur aliud, sed illud quod tibi
Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi.
Id nunc reddendum est illi, neq; tu scilicet.
Eo nũc confugies. quid mea? num mihi datumst?
Num iussi? num illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit? verũ illud Chreme
Dicunt, Ius summũ, sæpe summa malicia est. Ch.
Haud faciam. Sy. immo alijs si licet, tibi non licet
Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant. Ch.
Quin egomet iam ad eam deferam, Sy. immo, filium
Iube potius, Ch. quãobrẽ? Sy. qa eñ in eum suspitiost
Translata amoris. Ch. quid tum? Sy. quia videbit
Magis verisimile id esse, cum hic illi dabit,
Et simul facilius conficiam ego quod volo,
Ipse adeo adest, abi, affer argentum. Ch. affero,

CLITIPHO, SYRVS,

n Vlla est tam facilis res? quin difficilis siet,

Quam inuitus facias: vel me hæc deambulatio.
Que non laboriosa ad languorem dedit,
Nec quicq̃ magis nunc metuo, q̃ ne denuo
Miser aliquo extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.
Vt te omnes quidem, **M.** Deæq; quantum est Syre
Cum isto inuento, cumq; incepto perduint.
Huiusmodi mihi res semper comminiscere,
Vbi me excarnifices. **Sy.** i, tu hinc quo dignus es,
Quam pene tua me perdidit proteruitas, **Clit.**
Vellem hercle factum. ita meritus. **Sy.** meritus? quo modo?
Ne me istuc ex te prius audiuisse gaudeo,
Quam argentum haberes, quod daturus iam fui, **Clit.**
Quid igitur tibi vis dicam? abijsti istinc, mihi
Amicã adduxisti, quam non liceat tangere. **Sy.** nunc sit tibi
Tua Bacchis? **Clit.** apud nos, Iam non sũ iratus. sed scin vbi
Sy. non, **Clit** vbi igitur? **Sy.** apud Cliniã,
Clit. Perij, **Sy.** bono anĩo es &, iam argentum ad eã deferes,
Quod ei pollicitus, **Clit.** garris, vnde id? **Sy.** a tuo patre,
Clit. Ludis fortasse me, **Sy** ipsa re experibere,
Clit. Ne ego fortunatus homo sum, deamo te Syre.
Sy. Qua causa id fiat obsecundato in loco,
Sed pater egreditur, caue quicq̃ admiratus sies,
Quod imperabit facito, loquere paucula.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS,

u Bi Clitipho nunc est? **Sy.** eccum me Inque,
Clt. eccũ hic tibi, **Ch.** Quid rei esset, dixtin huic?
Sy. dixi pleraq; oĩa, **Ch.** Cape hoc argentum, ac defer,
Sy. hei, quid stas lapis? Quin accipis? **Clit.** cedo sane,
Sy. sequere hac me ocius, Tu hic nos dũ exim⁹ interea oppe(ribere.
Nam nihil est illic quod moremur diutius, **Ch.**
Minas quidem iam decem habet a me filia,

Quas pro alimentis esse nunc duco datas.
Hasce pro ornamentis consequentur alteræ.
Porro hæc talenta dotis apposcent duo.
Quam multa iniusta, ac praua fiunt moribus?
Mihi nunc relictis omnibus. inueniundus est,
Aliquis, labore inuenta mea cui dem bona.

MENEDEMVS, CHREMES,

m Vlto omnium nunc me fortunatissimum
Factum puto esse gnate, cum te intelligo
Resipuisse? Ch. vt errat, Me. teipsum quærebam Chreme,
Serua (quod in te est) filium, & me, & familiam? Ch.
Cedo, quid vis faciam? Me. inuenisti hodie filiam? Ch.
Quid tum? Me. hanc sibi dari volt vxorem Clinia? Ch.
Quæso quid hoīs es? Me. quid est? Ch. iam ne oblitus es
Inter nos quid sit dictum de fallatia,
Vt ea via abs te argentum auferretur? Me. scio, Ch.
Ea res nunc agit ipsa. Me. quid dixti Chreme? Ch.
Erraui, sic res acta est. Me. quanta spe decidi? Ch.
Et quidem hæc (quæ apud te est) Clitiphonis est
Amica. Me. ita aiunt. Ch. & tu credis? Me. omnia. Ch.
Et illum aiunt velle vxorem, vt cum desponderim,
Des qui aurū, ac vestē. atq; alia (quæ opus sunt) comparet. Me.
Id est profecto, id amicæ dabit. Ch. scilicet
Daturum, Me. vah. frustra igitur gauisus miser.
Quid vis tamen iam malo, q̄ hunc amittere.
Quid nunc renūciem abs te responsum Chreme?
Ne senciat me sensisse, atq; ægre ferat? Ch.
Aegre? nimiū illi Menedeme indulges. Me. sine,
Inceptūst, perfice hoc mihi ꝑpetuo Chreme. Ch.
Dic conuenisse, egisse te de nuptijs. Me.
Dicā, quid deinde? Ch. me facturum esse omnia,

Generũ placere, postremo etiam si voles,
Desponsam quoq; esse dicito. Me. hem istuc volueram, Ch.
Tanto ocius te vt poscat, & tu id quod cupis,
Quam ocissime vt des. Me. cupio. Ch. næ. tu ꝑpediem,
Scio (vt istam rem video) istius obsaturabere,
Sed hæc ita vt sunt, cautim, & paulatim dabis,
Si sapies. Me. faciã. Ch. abi intro, vide quid postulent,
Ego domi ero si quid me voles. Me. sane volo.
Nam te sciente faciam quicquid egero.

MENEDEMVS. CHREMES,

Go me nõ tã astutũ, neq; ita ꝑspicacẽ esse id certo scio,
Sed hic adiutor me⁹. et monitor. et ꝑmostrator Chremes
Hoc mihi præstat. in me quid vis harum rerum cõuenit.
Quæ sunt dicta in stultũ. caudex. stipes. asinus, plũbeus.
In illũ nil potest. nam exuperat eius stultitia hæc oĩa. Ch.
Ohe. iam desine deos vxor gratulando obtundere.
Tuam esse inuentã gnatã, nisi illos ex tuo ingenio iudicas,
Vt nihil credas intelligere. nisi idem dictũ sit centies.
Sed qd interim illic iamdudũ gnatus cessat cũ Syro: Me.
Quos ais hoĩes Chremes cessare: Ch. ehem. Menedeme aduenis
Dic mihi Cliniæ (que dixi) nũciauistin: Me. omnia. Ch.
Quid ait: Me. gaudere adeo occœpit, quasi qui cupiũt nupcias.
Ch. Ha. ah. hæ. Me. qd risisti: Ch. serui venere in mẽtem Syri
Calliditates. Me. ita ne: Ch. volt⁹ quoq; hoĩm fingit scel⁹. Me.
Gnat⁹ qd se assimulat, lætũ id dicis: Ch. id. Me. itidẽ istuc mihi,
Venit in mentẽ. Ch. veterator. Me. magis si magis noris, putes
Ita rẽ eẽ. Ch. ain tu: Me. qn tu ausculta
Ch. mane. hoc prius scire expeto,
Quid ꝑdideris, nam vbi desponsatam nũciasti filio,
Continuo iniecisse verba tibi Dromonem. scilicet
Sponsæ vestẽ, aurũ, ancillas, opus esse argentum vt dares, Me.

Non, **Ch.** quid non? **Me.** non inquam,
Ch. neq; ipse gnatus me nihil prorsus Chreme,
Magis vnum etiam instare, vt hodie conficerentur nuptiæ, **Ch.**
Mira narras, qd Syrus meus? ne is quidẽ quicq;? **Me.** nihil,
Ch. Quã ob rẽ? **Me.** nescio eqdẽ, sed te miror, q alia tã plane
Sed ille tuus quoq; Syrus idem mire finxit filium, (scias
Vt ne paululum quidem suboleat amicam esse hanc Cliniæ, **Ch.**
Quid ais? **Me.** mitto iã osculari atq; amplexari, id nihil, puto,
Ch. Quid est, quod amplius simuletur? **Me.** vah. **Ch.** qd ẽ?
Me. audi mõ. Est mihi ĩ vltimis conclaue ædibus quoddã retro
Huc est intro latus lectus, vestimentis stratus est, **Ch.**
Quid postq̃ hoc ẽ factũ? **Me.** dictũ ac factũ, huc abijt Clitipho,
Ch. Solus? **Me.** solus, **Ch.** timeo, **Me.** Bachis cõsecuta st
Ilico, **Ch.** Sola? **Me.** sola, **Ch.** perij, **Me.** vbi abiere intro,
Operuere hostiũ, **Ch.** hẽ, Clinia hæc fieri videbat? **Me.** quid
Ni, mecũ vna simul, **Ch.** Filij amica ẽ Bacchis Menedeme, occidi,
Me. Quã ob rẽ? **Ch.** decẽ dierũ vix mihi est familia? **Me.**
Quid istuc times? ꝙ ille operam amico dat suo? **Ch.**
Immo ꝙ amicæ **Me.** si dat? **Ch.** an dubium id tibi est?
Quenq̃ ne animo tam cõmuni esse, aut leni putas,
Qui se vidente amicam patiatur suam? **Me.** ah. ah. he,
Quidni, quo verba facilius dentur mihi? **Ch.**
Derides? merito mihi nunc ego succenseo.
Quod res dedere, vbi possem persentiscere,
(Ni essem lapis) quæ vidi? ve misero mihi, an ne illud haud
Inultũ (si viuo) ferẽt, nã iam, **Me.** nõ tu te cohibes? nõ te respicis?
Nõ tibi ego exẽpli satis sum **Ch.** præ iracundia
Menedeme, non sum apud me. **Me.** te ne istuc loqui?
Nonne id flagitium st te alijs consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier? **Ch.**
Quid faciã? **Me.** id quod me fecisse aiebas parum,

Fac te esse patrem sentiat. fac vt audeat.
Tibi credere omnia. abs te petere, & poscere,
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat. **Ch.**
Immo habeat potius multo quo vis gentium.
Quam hic per flagitiū, ad inopiā redigat patrem.
Nam si illi pergam suppeditare sumptibus
Menedeme. mihi illæc vere ad rastros res redit. **Me.**
Quot incōmoda tibi in hac re capies nisi caues?
Difficilem ostendis te esse, & ignosces tamen,
Post, & id erit ingratū. **Ch.** ah nescis q̄ doleā. **Me.** vt lubet.
Quid hoc quod volo, vt illa nubat nostro. nisi quid est
Quod mauis? **Ch.** immo et gener, & affines placent.
Me. Quid dotis dicam te dixisse filio?
Quid obticuisti? **Ch.** dotis? **Me.** ita dico.
Ch. ah, **Me.** Chreme,
Nequid vereare, si ē min⁹ nihil dos nos mouet. **Ch.**
Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis.
Sed ita dictu opus est, si me vis saluū esse. et rem. et filium
Me mea oīa bona doti dixisse illi. **Me.** quā rem agis?
Ch. Id mirari te simulato, & illum rogitato simul.
Quā ob rem id faciā. **Me.** qn̄ ego vero q̄ ob rem id facias nescio
Ch. Ego ne? vt eius animū, qui nunc luxuria. & lasciuia
Diffluit. retūdā et redigā. vt quo se vortat nesciat. **Me.** qd agis?
Ch. mitte, ac sine me in hac re gerere mihi morē. **Me.** sino,
Ita ne vis? **Ch.** ita **Me.** fiat. **Ch.** age iam yt vxorē accersat. paret,
Hic ita (vt liberos est æquom) dictis confutabitur,
Sed Syrū? **Me.** quid eū? **Ch.** egone? si viuo adeo exornatū dabo
Adeo depexū, vsq̄ dū viuat, meminerit semper mei,
Qui sibi me pro ridiculo, ac delectamento putat
Non (ita me di ament) auderet hæc facere vidue mulieri. q̄ in me fecit,

CLITIPHO, MENEDEMVS, CHREMES, SYRVS,

Ta ne tandem quæso est Menedeme, vt pater
Tam in breui spatio omnẽ deiecerit animũ patris?
Quod nam ob facinus? q̃d ego tantũ sceleris admisi miser?
Volgo faciunt. **Me.** scio tibi esse hoc grauius multo, ac durius
Cui fit, verum ego haud minus ægre patior id, qui nescio,
Nec rõnẽ capio, nisi quod tibi bene ex animo volo. **Clit.**
Hic patrẽ astare aiebas, **Me.** eccũ, **Ch.** q̃d me incusas Clitipho?
Quicquid ego huius feci, tibi prospexi, & stultitiæ tuæ.
Vbi te vidi animo esse omisso, et suauia in præsentia,
Quæ essent prima habere, neq̧ cõsulere in longitudinem,
Cœpi rationẽ, vt neq̧ tu egeres, neq̧ vt hæc posses perdere.
Vbi (cui decuit primo) tibi non licuit per te mihi dare,
Abij ad proximos, tibi qui erant, eis comisi, et credidi,
Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidiũ Clitipho,
Victus, vestitus, quo in tectũ te receptes. **Clit.** hei mihi. **Ch.**
Satius est, q̃ te ipso herede hæc possidere Bacchidem. **Sy.**
Disperij, scelestus, quãtas turbas conciui insciens? **Clit.**
Emori cupio. **Ch.** prius quæso disce quid sit viuere.
Vbi scies, si displicebit vita, tum istoc vtitor. **Sy.**
Here licet ne? **Ch.** loq̃re. **Sy.** at tuto. **Ch.** loq̃re. **Sy.** queistast
Quæ ue amẽtia est, q̃d peccaui ego id obeẽ huic. **Ch.** ilicet (p̃uitas
Ne te admisce, nemo accusat Syre te, nec tu aram tibi
Neq̧ p̃catorẽ pararis. **Sy.** q̃d ais? **Ch.** nihil succeseo nec tibi,
Nec huic, nec vos est æquom quod facio mihi. **Sy.**
Abijt, at rogasse vellẽ. **Clit.** q̃d? **Sy.** vnde mihi peterẽ cibũ,
Ita nos abalienauit, tibi iam esse ad sororem intelligo. **Clit.**
Adeon rem redijsse, vt periculũ etiam fame mihi sit Syre? **Sy.**
Modo liceat viuere. est spes. **Clit.** quæ? **Sy.** nos esurituros satis
Clit. Irrides in re tanta, neq̧ me quicq̃ cõsilio adiuuas? **Sy.**
Immo. et ibi nũc sum, et vsq̧ dudũ id egi. dum loquit̃ pater.
Et quãtũ ego intelligere possum. **Clit.** q̃d? **Sy.** nõ aberit lõgi⁹,

Cli. Quid id ergo? Sy. sic est, nõ esse te horũ arbitror.
Cli. quid istuc Syre? Satin sanus es?
Sy. ego dicã quod est mihi in mente, tu diiudica,
Dum istis fuisti solus. dum nulla alia delectatio,
Que propior esset tibi indulgebant, tibi dabãt. nunc filia
Postq̃ est inuenta vera, inuenta est causa, qua te expellerent. Cli.
Est verisimile, Sy. an tu ob peccatũ hoc eẽ illũ iratũ putas? Cli.
Non arbitror. Sy. nũc aliud specta, Matres omnes filijs
In peccato adiutrices, & auxilio in paterna iniuria,
Solent esse, id nõ fit, Cli. vera dicis, quid ergo nũc faciã Syre?
Sy. Suspitionẽ istam ex illis quære, rem profer palam,
Si non est verũ, ad misericordiã ambos adduces cito,
Aut scibis cuius sis, Cli. recte suades, faciam. Sy.
Sat recte hoc mihi nunc in mentem venit.
Namq; adulescens q̃ in minima spe situs erit, tam
Facillime, patris in leges conficiet suas.
Etiam haud scio an vxorem ducat, at Syro nil gratiæ erit
Quid hoc aũt est? senex exit foras, ego fugio, ob hoc q̃d factumst,
Miror non iussisse ilico arripi me, hinc nunc ad Menedemum
Pergam, eum mihi precatorem paro, seni nr̃o fidei nihil habeo.

SOSTRATA, CHREMES,

p Rofecto nisi caues tu hõ, aliquid gnato conficies mali,
Idq; adeo miror, q̃ modo tã ineptũ quicq̃ potuerit tibi
Venire ĩ mẽtẽ mi vir. Ch. oh, ꝑgin mulier molesta eẽ? vllã ne ego
Rem vnq̃ volui, quin tu in ea re mihi aduersatrix fueris Sostrata?
At si rogitẽ iã qd est q̃d peccem, aut quã ob rem hoc faciã nescias?
In qua re nũc tã confidenter restas stulta? So. ego nescio. Ch.
Immo scis potiꝰ q̃ quidẽ redeat ad integrũ hæc eadẽ oratio, So.
Oh, iniquus es, qui me tacere de re tãta postules, Ch.
Nõ postulo, iã loquere, nihilominus ego hoc faciã tamen, So.
Facies? Ch. verum, So. nõ vides q̃tũ mali ex ea re excites?

Subditū se suspicat. Ch. subditū aiñ tu? Ho. certe inq̄ mi vir
Ch. Cōfitere tuū nō esse. Ho. ah, obsecrote, istuc nostris inimi-
Egon cōfitear meū nō esse filiū? qui sit meus? Ch. (cis siet
Quid metuis? nōne cū velis cōuincas illum esse tuū? Ho.
Quod filia est inuenta. Ch. nō, sed quod magis credendū siet,
Id quod est consimilis tuis moribus,
Conuinces facile ex te natū, nam tui similis est probe
Nam illi nihil vitij est relictū. quin id itidem sit tibi
Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium
Sed ipse egreditur q̄ seuerus rem cum videas censeas

CLITHIPHO SOSTRATA CHREMES

I vnq̄ vllū fuit tēpus mater cū ego voluptati tibi
Fuerim dictus filius tuus tua voluntate, obsecro
Eius vt memineris atq; inopis nunc te miserescat mei
Quod peto, & volo parentes meos vt cōmonstres mihi. Ho.
Obsecro te mi gnate, istuc in animū inducas tuum.
Alienū esse te. Clit. sum. Ho. miserā me, hoccine q̄sisti obsecro?
Ita mihi, atq; huic sis supstes, vt ex me. atq; hoc natus es.
Et caue posthac (si me amas) vnq̄ istuc verbū ex te audiā. Ch.
At ego (si me metuis) mores caue in te esse istos sentiā. Clit.
Quos? Ch. si scire vis ego dicā, gerro, iners, fraus, heluo,
Ganeo, dānosus, crede. & nostrū te esse credito. Clit.
Non sunt hæc iam parētis dicta. Ch. non si ex capite sis meo
Natus, itidē vt aiūt Mineruā esse ex Ioue, ea causa magis
Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri. Ho.
Di istæc phibeāt. Ch. deos nescio, ego quod potero enitar sedulo
Quæris id, quod habes. parētes. quod abest. nō quæris. patri
Quo modo obsequare. & vt serues quod labore inuenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
Dicere hac præsente verbū turpe, at te illud nullo modo
Facere piguit. Cli. eheu q̄ ego nunc totus displiceo mihi

Quā pudet. neq; quod principiū incipiā ad placandū scio.

MENEDEMVS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA,

Nimuero Chremes nimis grauiter cruciat adulescētulū
Nimisq; inhūane. exeo ergo, vt pacem cōciliē, optume
Ipsos video. Ch. ehem. Menedeme cur non accersi iubes
Filiam, & quod dixi dotis firmas? So. mi vir te obsecro
Ne facias. Clit. pr̄ obsecro mihi ignoscas Me. da veniā Chreme
Sine te exorē. Ch. egon mea bona vt dem Bacchidi dono? sciens
Non faciā. Me. at id nos nō sinemus Cli. si me viuū vis pr̄ (me,
Ignosce. So. age, Chremes. Me. age q̄so, ne tā offirma te Chre
Ch. Quid istuc? video nō licere (vt cœperā) hoc ꝑtendere. Me.
Facis vt te decet. Ch. ea lege hoc adeo faciam, si id faciat
Quod ego huc æquom censeo. Cli. pater, omia faciā. impa. Ch.
Vxorē vt ducas. Cli. pr̄: Ch. nihil audio. Me. ad me recipio.
Faciet. Ch. nihil etiā audio ipm. Cli. pr̄. So. an dubitas Cliti-
pho? Ch. Immo vtrum vult. Me. faciet omnia,
So. hæc dum incipias grauia sunt.
Dumq; ignores, vbi cognoris facilia, Cli. faciam pater. So.
Gnate mi, ego pol tibi dabo puellā lepidā, quā tu facile ames.
Filiam Phanocratæ nostri. Clit. rufam ne illam virginem?
Cesiam, sparso ore, adunco naso? non possum pater. Ch.
Eia vt elegās est, credas animū ibi esse. So. aliā dabo, Clit.
Quid istuc? q̄nquidē ducēda est. egomet habeo ꝑpemodū
Quā volo, So. nūc laudo te gnate Clit. Archonidis filiā, So.
Perplacet. Cli. pater hoc nūc restat, Ch. quid?
Cli. Syro ignoscas volo. Quæ mea causa fecit,
Ch. fiat, vos Valete. & plaudite. CALLIOPIVS RECENsui,

FABVLAE INTERLOCVTORES,

Mitio	Senex.
Demea	Senex.
Samnio	Leno,
Aeschinus	Adulescens.

In hac quidem fabula spectatur: quid intersit

ADELPHI,

Syrus	Seruus.
Cthesipho	Adulescens.
Sostrata	Matrona,
Cantara	Nutrix,
Geta	Seruus.
Hegio	Senex,
Dromo	Seruus,

Ludi funebres

ACTA LVDIS FVNEBRIB, EMILII PAVLI QVINTO FABIO MAXIMO, PVBLIO CORNELIO APHRICANO AED. CVR, EGERE, LVCIVS, ATTILIVS PRENESTINVS MINVTIVS POSTVMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII TIBIIS SARRANIS, FACTA GRECA MENANDRI. L, ANICIO, M. CORNELIO COSS,

C, SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA,

d Vos cum haberet Demea adulescentulos.
Dat Mitioni fratri adoptandum Aeschinum.
Sed Cthesiphonem retinet. hunc citharistriæ
Lepore captum. sub duro ac tristi patre
Frater celabat Aeschinus, famamque
Amoris in se transferebat, denique
Fidicinam lenoni eripuit. vitiauerat
Idem Aeschinus ciuem Atticam pauperculam,
Fidemque dederat. hanc sibi vxorem fore.
Demea iurgare. & grauiter ferre. mox tamen
Vt veritas patefacta est. ducit Aeschinus
Vitiatam. potitur Cthesipho Citharistriam.
exorato suo patre duro Demea

PROLOGVS,

p Ostquam Poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari, & aduersarios

Rapere in peiorem partem. quã acturi sumus.
Indicio de se ipse erit, vos eritis iudices.
Laudin an vitio duci factum oporteat,
Synaphothniscontes Diphili comœdia est
Eam, commorientes Plautus fœcit fabulam,
In græca adulescens est, qui lenoni eripuit
Meretricem, in prima fabula, eum Plautus locum
Reliquit integrum, eum hic locum sumpsit sibi
In Adelphos. verbum de verbo expressum extulit.
Eam nos acturi sumus nouam, pernoscite,
Furtum ne factum existimetis, an locum
Repræhensum, qui præteritus negligentiast.
Nam quod isti dicunt maleuoli homines, nobiles
Eum adiutare, assidueq; vna scribere,
Quod illi maledictum vehemens existimant,
Eam laudem hic duxit maximam, cum illis placet.
Qui vobis vniuersis, & populo placent,
Quorum opera in bello, in ocio, in negotio
Suo quisq; tempore vsus est sine superbia
Dehinc ne expectetis argumentũ fabulæ,
Senes qui primi venient. hi partem aperient.
In agendo partem ostendent, facite vestra æquanimitas
Poetæ ad scribendum augeat industriam,

MITIO SENEX

Torax, non rediit hac nocte a cœna Aeschinus?
Neq; seruulorũ quisq; qui aduorsum ierant:
Profecto hoc vere dicunt, si absis vspiam, aut
Vbi si cesses, euenire ea tibi satius est.
Quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, q̃ illa, quæ parentes propitii.
Vxor si cesses, aut te amare cogitat.

Aut te amari. aut potare. aut animo obsequi.
Tibi bene esse soli. cum sibi sit male.
Ego quia non rediit filius, quæ cogito?
Quibus nunc sollicitor rebus? ne aut ille alserit.
Aut vspiam ceciderit. aut perfregerit aliquid.
Vah, quenquā ne hominē in animo instituere.
Aut parare quod sit carius. ꝗ ipse est sibi?
Atqui ex me hic non natus est. sed ex fratre. is adeo
Dissimili studio est, iam inde ab adulescentia.
Ego hanc clementem vitam vrbanam. atq; ocium
Sequutus sum. et quod fortunatū isti putant
Vxorem nunq; habui. ille contra hæc omnia,
Ruri agere vitam, semper parce, ac duriter
Se habere. vxorē duxit, nati filij.
Duo sunt, inde ego hunc maiorem adoptaui mihi.
Eduxi a paruulo. habui, amaui pro meo
In eo me oblecto, solum id est charum mihi,
Ille vt idem contra me habeat facio sedulo,
Do, pretermitto, non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere, postremo alij clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adulescentia
Ea ne me celet, consuefeci filium,
Nam qui mentiri, aut fallere insueuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit cæteros,
Pudore, et liberalitate liberos
Retinere satius esse credo? ꝗ metu.
Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placent.
Venit sepe ad me clamitans, quid agis Mitio?
Cur perdis adulescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris?
Vestitu nimio indulges, nimium ineptus es.

Nimium ipse durus est, præter æquum, & bonum
Et errat longe mea quidem sententia
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius
Vi quod fit, q̃ illud quod amicitia adiungitur
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet,
Si sperat fore clam rursum ad ingenium redit,
Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit
Studet par referre presens absensq; idem erit
Hoc patriũ est potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere q̃ alieno metu
Hoc pater ac dominus interest hoc qui nequit
Fateatur se nescire imperare liberis
Sed est ne hic ipsus de quo agebam? & certe is est
Nescio quid tristem video, credo iam (vt solet)
Iurgabit, saluũ te aduenire Demea gaudemus

DEMEA. MITIO SENES,

Em oportune, te ipsum quærito Mi.
h Quid tristis es? De. rogites me? vbi nobis Aeschinus
Siet? quid tristis ego sim? Mi. dixin hoc fore?
Quid is fecit? De. quid ille fecerit? quem neq; pudet
Quicq̃, neq; metuit queq̃, neq; legem putat
Tenere se vllam, nam illa quæ antehac facta sunt
Omitto, modo quid designauit? Mi. quid nam id est,
De. Fores effregit, atq; in ædis irruit
Alienas, ipsum dñm, atq; omnem familiam
Multauit vsq; ad mortem, eripuit mulierem
Quam amabat, clamant omnes indignissime
Factum esse hoc, aduenienti quod mihi Mitio
Dixere, in orest omni populo. deniq;

Si conferendũ exemplum est,non fratrem videt
Rei dare operam,ruri esse parcum ac sobrium,
Nullum huius simile factum.hæc cum illi Mitio
Dico.tibi dico.tu illum corrumpi sinis. **Mi.**
Homine imperito nunq̃ quicq̃ iniustius.
Qui nisi quod ipse fecit,nihil rectum putat. **De.**
Quorsum istuc? **Mi.** quia tu Demea hæc male iudicas.
Non est flagitium (mihi crede) adulescentulum
Scortari,neq̃ potare.neq̃ fores
Effringere,hæc si neq̃ ego,neq̃ tu fecimus,
Non siuit egestas facere nos.tu nunc tibi
Id laudi ducis,quod tum fecisti inopia,
Iniurium est,nam si esset vnde id fieret.
Faceremus,& tu illum tuum (si esses homo)
Sineres nunc facere,dum per ætatem licet.
Potius q̃ vbi te expectatũ eiecisset foras.
Alieniori ætate,post faceret tamen. **De.**
Proh Iupiter tu homo adiges me ad insaniam,
Non est flagitiũ facere hæc adulescentulũ? **Mi.** ah
Ausculta.ne me obtundas de hac re sæpius,
Tuum filium dedisti adoptandum mihi,
Is meus est factus,si quid peccat Demea,
Mihi peccat,ego illi maxumam partem feram.
Obsonat,potat,olet vnguenta,de meo.
Amat,dabitur a me argentum,dum erit commodũ.
Vbi non erit,fortasse excludetur foras.
Fores effregit? restituentur,discidit
Vestem? resarcietur,est Dis gratia
Et vnde hæc fiant,& adhuc non molesta sunt.
Postremo aut desine,aut cedo queuis arbitrum,
Te plura in hac re peccare ostendam. **De.** hei mihi

Pater esse disce ab his qui vere sciunt, **Mi.**
Natura tu illi pater es, consiliis ego. **De.**
Tun consiliis quicq̃? **Mi.** ah. si pergis abiero, **De.**
Siccine agis? **Mi.** an ego toties de eadem re audiam? **De.**
Curæ est mihi. **Mi.** & mihi curæ est, verum Demea
Curemus æquam vterq; partem, tu alterum,
Ego item alterum, nam ambos curare propemodum
Reposcere illum est quem dedisti. **De.** ah, ah Mitio, **Mi.**
Mihi sic videtur. **De.** quid istuc? tibi si istuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Iam si verbum vnum posthac, **Mi.** rursum Demea
Irascere? **De.** an non credis? repeton quem dedi?
Aegre est, alienus non sum, si obsto, hem desine,
Vnum vis curem, curo, & est Dis gratia,
Cum ita volo vt est iste tuus ipse sentiet.
Posterius, nolo in illum grauius dicere. **Mi.**
Nec nihil, neq; omnia hæc sunt quæ dicit, tamen
Non nihil molesta hæc sunt mihi, sed ostendere
Me ægre pati illi nolui, nam ita est homo,
Cum placo, aduersor sedulo, & deterreo,
Tamen vix humane patitur, verum si augeam,
Aut etiam adiutor sim eius iracundiæ,
Insaniam profecto cum illo, & si Aeschinus
Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam
Quam hic non amauit meretricem? aut cui non dedit
Aliquid? postremo nuper credo iam omnium
Tædebat, dixit velle vxorem ducere,
Sperabam iam deferuisse adulescentiam
Gaudebam, ecce autem de integro (nisi) quicquid est,
Volo scire, atq; hominem conuenire. si apud forum st.

SANNIO LENO, AESCHINVS.

O Bsecro populares ferte misero, atq; innocenti auxilium
Subuenite inopi. Æ. ociosæ nũc iã ilico hic consiste.
Quid respectas? nihil periclist, nunq̃ dũ ego adero hic te tanget,
SA. Ego istam inuitis omnibus, Æ.
Quanq̃ est scelestus non committet hodie vnq̃ iterum vt vapulet.
SA. Aeschine audi? ne te ignarum fuisse dicas meorum morũ,
Leno ego sum. Æ. scio. SA. at ita, vt vsq̃ fuit fide quisquã
Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle (optuma
Factã esse, huius non faciam, crede hoc, ego meũ ius persequar.
Neq; tu verbis solues vnquam, quod mihi re malefeceris.
Noui ego vestra hæc, nollem factum, iusiurandum dabit, te esse
Indignũ iniuria hac, indignis cũ egomet sim accœpt⁹ mõis. Æ.
Abi præstrenue, ac fores aperi, SA. ceterũ hoc nihil facis. Æ.
I intro nũc iã. SA. at enĩ nõ sinã, Æ. accede illuc Parmeno,
Nimium istoc abisti, hic propter hunc assiste, SA. hẽ, sic volo,
Æ. Caue nunc iam oculos a meis oculis quoq; dimoueas tuos
Ne mora sit si innuerim, qn pugn⁹ cõtinuo ĩ mala hæreat, SA.
Istuc volo ergo ipm experiri, Æ. hem serua, omitte mulierẽ.
SA. O facin⁹ indignũ, Æ. geminabit nisi caues, SA. hei mi-
sero mihi. Æ. Nõ innuerã, verũ ĩ istã partẽ poti⁹ peccato tamen,
I nunc iam, SA. qd hoc rei est? regnũ ne Aschine hic tu possides?
Æ. Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus, SA.
Quid tibi rei mecũ ẽ? Æ. nihil. SA. qd? nostin q sie? (fortuniũ
Æ. nõ desidero. SA. tetigin tui qcq̃? Æ. si attigisses. ferres in-
SA. Qui tibi magis licet meã habere, p qua ego argentum dedi?
Responde. Æ. ante ædis nõ fecisse erit melius hoc cõuitiũ
Nam si molestus pergis esse, iam intro arripiere, atq; ibi
Vsq; ad necem operiere loris. SA. loris liber? Æ. sic erit. SA.
O hoĩem impurũ, hiccine libertatẽ aiũt æquã esse oĩbus? Æ.
Si satis iam debacchatus es leno, audi si vis nũc iam, SA.
Egon debacchat⁹ sũ ĩ te, an tu ĩ me? Æ. omitte ista, atq; ad rẽ redi,

Sa. Quã re?q redeã? **Ae.** iã ne me vis dicere id q̃d ad te attinet?
Sa. Cupio, mõ æqui aliq̃d, **Ae.** vah, leno iniqua me me nõ
Volt loqui. **Sa.** Leno sum, fateor pnities cõmunis adulescẽtiũ
Periturís pestis, tñ tibi a me nulla est orta iniuria, **Ae.** (Aeschine
Nã hercle etiã id restat, **Sa.** illuc quæso redi quo cœpisti.
Ae. Minis viginti tu illã emisti, quæres tibi vertat male
Argenti tm̃ tibi dabitur; **Sa.** q̃d, si ego tibi illã nolo vendere?
Coges me? **Ae.** minime, **Sa.** nãq̧ id metui. **Ae.** neq̧ vẽ-
Quæ liberast, nã ego illã liberali assero cã manu, (dũdã censeo.
Nunc vide vtrum vis argentũ accipere, an causam meditari tuã.
Delibera hoc, dum ego redeo leno. **Sa.** proh sũpme Iupiter.
Minime miror, qui insanire occipiunt ex iniuria,
Domo me eripuit, verberauit, me inuito abduxit meam.
Ob malefacta hæc tantidem emptam postulat sibi tradier.
Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.
Verum etenim quando bene promeruit, fiat, suum ius postulat
Age iam cupio. si modo argentum reddat, sed ego hoc ariolor.
Vbi me dixero dare tanti, testis faciet ilico
Vendidisse me, de argento somnium, mox cras redi,
Id quoq̧ possum ferre si modo reddat, quamquam iniuriumst.
Verum cogito id, quod res est, quando eum questũ occœperis.
Accipiunda, & mussitanda iniuria adulescẽtium est.
Sed nemo dabit, frustra egomet mecum has rationes deputo,

SYRVS, SANNIO,

Ace, egomet cõueniã ipm. cupide accipiat faxo, atq̧ etiã
Bene dicat secũ esse actũ, q̃d istuc Saniost q̧ te audio?
Nescio quid cõcertasse cũ hero? **Sa.** nunquã vidi iniquius
Certationẽ cõparatam. q̧ hæc quæ hodie inter nos fuit.
Ego vapulando, ille verberãdo. vsq̧ ambo defessi sumus **Sy.**
Tua culpa **Sa.** q̃d agerẽ? **Sy.** adulescẽti morẽ gestũ oportuit.
Sa. q potui meli? q hodie vsq̧ os pbui? **Sy.** age. scis q̃d loq̃r

Pecuniã in loco negligere maximũ iterdũst lucrũ. Sa. hui. Sy.
Metuisti, si nunc de tuo iure concessisses paululũ, atq
Adulescenti esses morigeratus, hominũ homo stultissime,
Ne nõ tibi istuc fœneraret. Sa. Ego spẽ precio non emo. Sy.
Nunq rem facies, abi, nescis inescare homines Sannio. Sa.
Credo istuc melius esse, verũ ego nunq adeo astutus fui,
Quin quicquid possem, mallẽ auferre potius in psentia. Sy.
Age, noui tuũ animũ, quasi iam vsq tibi sint viginti minæ,
Dũ huic obsequare. pterea aũt te aiũt pficisci Cyprũ. Sa. hem,
Sy. Coemisse hinc q̃ illuc veheres multa, nauẽ cõductã. hoc scio
Animus tibi pẽdet, vbi illinc spero redieris, tũ hoc ages. Sa.
Nusquã pedem, perij hercle, hac illi spe hoc incœperunt,
Sy. timet, Inieci scrupulum hoi, Sa. o scelera, illuc vide
Vt in ipso articulo oppressit. emptæ mulieres
Complures, & item hinc alia quæ porto Cyprum,
Nisi eo ad mercatũ veniam. damnum maximũst.
Nunc si hoc omittam, actum agam, vbi illinc rediero
Nihi est, refrixerit res. nunc demum venis?
Cur passus? vbi eras? vt sit satius perdere.
Quã aut hic nunc manere tam diu, aut tum psequi.
Sy. Iam ne enumerasti. quod ad te rediturũ putes? Sa.
Hoccine illo dignũst? hoccine incipere Aeschinum?
Per oppressionẽ vt hanc mihi eripere postulet? Sy.
Labascit. vnum hoc habeo, vide si satis placet.
Potius q venias in periculum Sannio,
Serues ne, an perdas totum, diuiduum face,
Minas decem corradet alicunde. Sa. hei mihi.
Etiam de sorte nunc venio in dubium miser.
Pudet nihil, omnes dentes labefecit mihi.
Præterea Colaphis tuber est totum caput,
Etiam insup defraudat? nusq abeo. Sy. vt lubet,

Nunquid vis quin abeam? **Sa.** immo hercle hoc quæso Syre,
Vt vt hæc sunt facta, potiusq̃ lites sequar.
Meum mihi reddatur, saltem quanti empta est. Syre
Scio te non esse vsum antehac amicitia mea.
Memorem me dices esse, & gratum, **Sy.** sedulo
Faciam, sed Cthesiphonem video, letus est
De amica, **Sa.** quid quod te oro? **Sy.** paulisper mane.

CTHESIPHO, SYRVS,

a Bs q̃ vis hoīe (cū est opus) beneficiū accipere gaudeas.
Verū em̄ uero id demū iuuat, si quē æquomst būfacere (is facit.
O frater quid ego nunc te laudem? satis certe scio.
Nunq̃ ita magnifice quicquā dicam, id virtus quin superet tua,
Itaq; vnam hanc rem me habere præter alios præcipuā arbitror
Fratrem hominī neminem esse primarum artium magis principē,
Sy. Cthesipho, **Ct.** Syre, Aeschinus vbi est?
Sy. ellum, te expectat domi. **Ct** hem. **Sy.** Quid est?
Ct. quid sit? illius opera Syre nunc viuo, festiuum caput,
Qui omnia sibi postposuerit esse præ meo commodo,
Maledictū, famam, meum amorem, et peccatum in se transtulit,
Nihil pote supra, sed quid nā foris crepuit? **Sy.** mane; ipse exit

AESCHINVS, SANNIO, CTHESIPHO, SYRVS, (foras

u Bi est ille sacrilegus? **Sa.** men q̃rit? nū qd nā offert
occidi Nihil video,
Ae. ehem oportune te ipsum querito, quid fit o Cthesipho?
In tuto est omnis res, omitte vero hanc tristiciam tuam.
Ct. Ego illam facile vero omitto, qui quidē te habeam fratrem.
O mi Aeschine, o mi germane, ah vereor coram in os te laudare.
Amplius,
Ne id assentandi magis, q̃ qd habeā gratum facere existimes,
Ae. Age inepte quasi nunc non norimus nos inter nos Cthesipho.
Sed hoc mihi dolet, nos pene sero scisse, & pene in eum locū,

Rediſſe, vt ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliarier. **Ct.**
Pudebat, **Ae.** ah, ſtultitiaſt iſtæc non pudor, tam ob paruulam
Rē pene ex patria, turpe dictu, deos quæſo vt iſtæc ꝓhibeāt. **Ct.**
Peccaui, **Ae** q̄d ait tādē nobis Sānio? **Sy.** iā mitis eſt, **Ae.**
Ego ad forū ibo, vt hūc abſoluā, tu ītro ad illā Cteſipho. **Sa.**
Syre iſta. **Sy.** eam⁹, nāq; hic ꝓperat in Cyprū. **Sa.** ne tā cito
Quāuis etiā maneo ocioſus hic. **Sy** reddet, ne time, **Sa** (q̄dē
At vt omne reddat, **Sy.** oēe reddet, tace modo ac ſeq̄re me hac
Sa. ſequor, **Ct.** Heus heus Syre, **Sy.** hem quid eſt?
Ct. obſecro hercle hominem iſtum impuriſſimum,
Quam primum abſoluito te, ne ſi magis irritatus ſiet,
Aliqua ad patrē hoc permanet, atq; ego tunc perpetuo perierim.
Sy. Non fiet, bono aīo eſto, tu cū illa te intus oblecta interim,
Et lectulos iube ſterni nobis & parari cætera.
Ego iam tranſacta re conuortam me domum cum obſonio. **Ct.**
Ita quæſo, quādo hoc bene ſucceſſit, hilarē hunc ſumam⁹ diē.

SOSTRATA, CANTARA,

Obſecro mea nutrix q̄d nūc fiet? **Ca** q̄d fiet rogas? recte
Edepol ſpero. **So.** mō dolores meatū occipiūt ꝑmulū
Ca Iam nūc times, q̄ſi nunq̄ adfueris, nunq̄ tu te pepereris? **So**
Miſerā me me, neminē habeo, ſole ſumus, Geta aūt hic nō adeſt.
Nec quē ad obſtetricē mittā, nec qui accerſat Aeſchinum. **Ca.**
Pol is quidē iam hic aderit, nā nunquam vnum intermittit diem,
Quin ſemper veniat. **So.** ſolus mearū miſeriarū eſt remediū.
Ca. Here nate melius fieri haud potuit, q̄ factum eſt hera,
Quando vitium oblatum eſt, quod ad illum attinet potiſſimum,
Talem tali genere, atq; animo natum ex tanta familia, **So.**
Ita pol eſt. vt dicis, ſaluos nobis deos queſo vt ſiet.

GETA, SOSTRATA, CANTHARA,

Vnc illud eſt, q̄d ſi oēs omnia ſua conſilia conferant,
Atq; huic malo ſalutem querant, auxilij nihil afferant:
Quod mihiq;, heræq;, filiæq; herili eſt, veh miſero mihi,

Tot res repente circuūallant vnde emergi non potest,
Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia.
Hoccine sæculū, o scelera, o gnā sacrilega, o hominem impiū. **Ho.**
Me miserā quid nā est, quod sic video timidū, et ꝑpantē Getā? **G.**
Quem neq̄ fides, neq̄ iusiurandū, neq̄ vlla misericordia
Repressit, neq̄ reflexit, neq̄ quod partus instabat prope,
Cui miseræ indigne p vim vitiū obtulerat. **Ho.** non intelligo
Satis quæ loquat̄. **Ca.** ꝑpi⁹ obsecro accedam⁹ Sostrata. **Ge.** ah
Me miserum vix sum cōpos animi. ita ardeo iracundia.
Nihil est, quod malim, q̄ꝫ illam totā familiā dari mihi obuiam.
Vt iram hanc in eos euomā omnē, dum ægritudo hæc est recens.
Satis mihi id habeā supplicij. dum illos vlciscar modo.
Seni animā primū extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus.
Tum aūt Syrū impulsorē, vah. q̄bus illū lacerarē modis?
Sublimē mediū arriperē. & capite primū in terrā statuerē,
Vt cerebro dispergat viam,
Adulescenti ipsi eriperem oculos, posthac præcipitem darem,
Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerē,
Sed cesso herā hoc malo impartiri ꝑpere, **Ho.** reuocem⁹ Geta.
Ge. Hē q̄sq̄s es sine me, **Ho.** ego sum Sostrata, **Ge.** vbi ea st?
Te expecto oppido oportūe te obtulisti mihi obuiā (te ipsā q̄rito
Hera. **Ho.** qd ē? qd trepidas? **Ge.** hei mihi **Ho.** qd festias
mi Geta? Animū recipe, **Ge** prorsus. **Ho** qd istuc prs⁹ ergo st
Ge perim⁹, Actū st, **Ho** eloq̄re obsecro qd sit, **Ge** iā, **Ho** qd
iā Geta? **Ge** Aeschin⁹. **Ho** qd ergo is? **Ge** alien⁹ ē a nr̄a familia,
Ho hem Perij, quare? **Ge** amare occepit aliā, **Ho** ve mise-
ræ mihi, **Ge** Neq̄ id occulte fert, a lenōe ipsⁱ eripuit palā, **Ho**
Scin hoc certe? **Ge.** certe, hisce oculis egomet vidi Sostrata. **Ho**
Me miserā, quid credas iā? aut cui credas? nr̄m Aeschinū, (ah,
Nostrā vitam omniū, in quo nostræ spes, omnesq̄ opes sitæ,
Erant, qui sine hac iurabat se vnum nunq̄ victurum diem,

Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat, patrem
Ita obsecraturum, vt liceret sibi hanc vxorem ducere. **Ge.**
Hera lacrymas mitte, ac poti⁹ quod ad rem opus est porro ꝓspice,
Patiamur ne, an narremus cuipiã? **Ca.** hau hau mi hõ san⁹ nes
An hoc ꝓferẽdũ tibi vsq̃ esse videt̃? **Ge.** mihi quidẽ non placet.
Iam primũ quid illũ alieno animo a nobis esse res ipsa indicat
Nunc si hoc palam proferemus, ille inficias ibit sat scio
Tua fama. & gnatæ vita in dubium veniet tum si maxime
Fateatur, cum amet aliam, non est vtile hanc illi dari.
Quapropt̃ quoq̃ pacto celato est op⁹, **So** ah minime gentium,
Non faciam, **Ge.** quid ais? **So.** proferam,
Ge. hem, mea Sostrata vide quam rem agas,
So. Peiore in loco res nõ potest esse, q̃ in quo nunc sita est.
Primum indotata est, tum præterea quæ secunda ei dos erat
Periit, pro virgine dari nuptum non potest, hoc reliquomst.
Si inficias ibit, testis mecum est anulus, quem amiserat,
Postremo qñ ego cõscia mihi sum, a me culpam esse hanc procul,
Neq̧ pretiũ, neq̧ rẽ vllã intercessisse, illã aut me indignã Geta ex=
Quid istuc? accedo vt meli⁹ dicas, **So** tu q̃tũ potes ꝑeriar, **Ge**
Abi, atq̧ Hegioni cognato huius rem omnem narrato ordine,
Nam is nostro Simulo fuit summ⁹, & nos coluit maxime, **Ge.**
Nam hercle alius nemo respicit nos, **So.** propera mea canthara,
Curre, obstetricem accerse, vt cum opus sit, ne in mora nobis siet

DEMEA,

d Isperii, Cthesiphonem audiui filium
Vna affuisse in raptione cum Aeschino.
Id misero restat mihi mali, si illum potest
Qui alicui⁹ rei est etiam eum ad nequitiam adducere.
Vbi ego illum queram? credo abductum in ganeum
Aliquo, persuasit ille impurus, sat scio,
Sed eccum Syrum, ire video, hinc scibo iam vbi siet.

Atque hercle hic de grege illo est, si me senserit
Eum queritare, nunquam dicet carnifex,
Non ostendam me id velle.

SYRVS, DEMEA,

O Mnem rem modo seni
Quo pacto se haberet enarramus ordine.
Nihil quicquam vidi lætius, DE. proh Iupiter
Hominis stulticiam. SY. collaudauit filium,
Mihi (qui id dedissem consilium) egit gratias DE.
Disrumpor, SY. argentum adnumerauit ilico,
Dedit preterea in sumptum dimidium minæ.
Id distributum sane est ex sententia, DE. hem,
Huic mandes, si quid recte curatum velis. SY.
Ehem Demea, haud aspexeram te, quid agitur? DE.
Quid agatur? vostram nequeo mirari satis
Rationem, SY. est hercle inepta, ne dicam dolo, atque
Absurda. piscis cæteros purga Dromo.
Congrum istum maximum in aqua sinito ludere
Paulisper, vbi ego venero exossabitur.
Prius nolo, DE. hæccine flagitia? SY. mihi quidem non placet,
Et clamo sæpe, salsamenta hæc Stephanio
Fac macerentur pulchre, DE. Di vostram fidem
Vtrum studio ne id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum, væh misero mihi,
Videre videor iam diem illum, cum hinc egens
Profugiet aliquo militatum, SY. o Demea.
Istuc est sapere. non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt
Prospicere. DE. quid? istæc iam penes vos psaltria est SY.
Est iam intus? DE. eho, an domi est habiturus? SY. credo. vt est.
Dementia. DE. hæccine fieri flagitia? SY. inepta lenitas

Patris, & facilitas praua, De. fratris me quidem
Pudet, pigetq;, Sy. nimium inter vos Demea,
Ac non quia ades præsens dico hoc, pernimium interest.
Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es,
Ille futilis. somnium, sineres vero tu illum tuum
Facere hæc? De. sinerem illum? an non sex totis mensibus
Prius olfecissem, quam ille quicquam cœperit? Sy.
Vigilantiam tuam tu mihi narras? De. sic fiet
Modo, vt nunc est quæso, Sy. vt quisquã suũ vult esse, ita'st,
De. Quid eum vidistin hodie? Sy. tuum ne filium?
De. Abijt iã hinc rus. Sy. iãdudũ aliqd ruri agere arbitror. De.
Satin scis ibi eũ esse? Sy. oh, quẽ ego met produxi?
De. optume ẽ, Metui ne hæreret hic, Sy. atq; iratũ admodũ,
De. Quid autẽ? Sy. adort⁹ ẽ iurgio fratrem apud forum
De psaltria istac, De. ain vero? Sy. vah, nihil reticuit.
Nam vt numerabatur forte argentum, interuenit
Homo de improuiso cœpit clamare, o Aeschine
Heccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere nostro? De. oh, lacrymo pꝛ gaudio
Sy. Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam. De.
Saluos sit, spero est similis maiorum suorum. Sy. hui,
De. Syre preceptorum plenus istorum ille ẽ. Sy.
Philosophos domi habuit, vnde disceret, De. fit sedulo,
Nihil prætermitto, consuefacio, deniq;
Inspicere, tanquam in speculo, vitas hominum
Iubeo. atq; ex alijs sumere exemplum sibi.
Hoc facito, Sy. recte sane, De. hoc fugito. Sy. callide,
De. Hoc laudi est. Sy. istæc res est. De. hoc vitio datur.
Sy. Probissime, De. porro autẽ, Sy. non hercle otiũ est,
Nunc mihi auscultandi, pisces ex sententia
Nactus sum, hi mihi ne corrumpantur cautio'st.

Nam id nobis tam flagitumst, q̃ illa Demea
Non facere vobis, quæ modo dixti. & quod queo
Conseruis ad eundem illis præcipio modum
Hoc salsumst, hoc adustumst, hoc lautumst parum
Illud recte, iterum sic memento te sedulo
Moneo, quæ possum pro mea sapientia
Postremo tanq̃ in speculum, in patinas Demea
Inspicere iubeo, & moneo quid facto vsus siet
Inepta hæc esse nos quæ facimus sentio
Verum quid facias? vt homost ita morem geras
Nunquid vis? DE. mentem vobis meliorem dari SY.
Tu rus hinc abis? DE. recte, SY. nam qd tu hic agas?
Vbi si quid bene præcipias nemo obtemperat? DE.
Ego vero hinc abeo, quando is, quã ob rem huc venerã
Rus abijt, illum curo vnum, ille ad me attinet
Quando ita volt frater, de istoc ipse viderit
Sed q̃s illic est. quem procul video? est ne hic Hegio
Tribulis noster? si satis cerno is herclest, vah homo
Amicus nobis iam inde a puero, Dij boni
Næ illiusmodi iam nobis magna ciuium
Penuriast, homo antiqua virtute ac fide
Haud scio mali quid ortum ex hoc sit publice
Quam gaudeo vbi etiam huius generis relliquias
Restare video, vah, viuere etiam nunc libet.
Opperiar hominem hic, vt salutem, & colloquar

HEGIO. GETA. DEMEA.

Roh Di immortales, facinus indignum. Geta
P Quid narras? GE. sic est factũ. HE. ex illan familia
Tam illiberale facinus esse ortum? o Aeschine
Pol haud paternum istuc dedisti. DE. videlicet
De psaltria hac audiuit. id illi nunc dolet

Alieno. pater id nihilipendit. hei mihi
Vtinā hic prope adesset alicubi, atq; audiret hæc. He.
Ni facient quæ illos æquomst, haud sic auferent. Ge.
In te spes omnis Hegio nobis sita est.
Te solum habemus, tu es patronus, tu pater.
Ille tibi moriens nos cōmendauit senex.
Si deseris tu: nos pim⁹. He. caue dixeris
Neq; faciā, neq; me satis pie posse arbitror. De.
Adibo, saluere Hegionem plurimum
Iubeo. He. te quærebam ipsum. salue Demea. De.
Quid aūt? He. maior filius tuus Aeschinus.
Quem fratri adoptandū dedisti, neq; boni
Neq; liberalis functus est officium viri. De.
Quid istuc? He. nostrum amicū noras Simulum,
Atq; æqualem? De. quid ni? He. filiam eius virginem
Vitiauit. De. hem. He. mane, nondū audisti Demea
Quod est grauissimū. De. an quicq; est etiam amplius? He.
Vero amplius, nam hoc qdem ferundū aliquo modost,
Persuasit nox, amor, vinum, adulescentia.
Humanumst, vbi scit factum, ad matrem virginis
Venit ipsus vltro, lachrymans, orans, obsecrans
Fidem dans, iurans se illam ducturū domum.
Ignotumst, tacitumst, creditumst. ei virgo ex eo
Compressu grauida facta est. mensis hic decimus est.
Ille bonus vir nobis psaltriam (si Dis placet)
Parauit, qui cum viuat, illam deserat. De.
Pro certon tu istæc dicis? He. mater virginis
In medio est, ipsa virgo. res ipsa, hic Geta
Præterea, vt captus est seruulorū, non malus,
Neq; iners, alit illas. solus omnem familiam
Sustentat. hunc abduce. vinci. quære rem Ge.

Immo hercle extorque, nisi ita factumst Demea.
Postremo non negabit, coram ipso cedo. **De.**
Pudet, nec quid agam. neq; quid huic respondeam Scio
Ge. Intus clamat Pāphila **Pā.** miseram me, differor doloribus
Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. **He.** hem
Num nā illa quæso parturit? **Ge.** certe Hegio. **He.** hem,
Illæc fidem nunc nostram implorat Demea,
Quod vos ius cogit vt, id voluntate impetret
Hæc primum vt fiant deos quæso, vt vobis decet.
Sin aliter animus vester est, ego Demea
Summa vi hanc defendam, atq; illum mortuum.
Cognatus mihi erat, vna a pueris paruoli
Sumus educati. vna semper militiæ, et domi
Fuimus, paupertatem vna pertulimus grauem,
Quapropter nitar, faciam, experiar, deniq;
Animam relinquā potius. q̄ illas deseram.
Quid mihi respondes? **De.** fratrem cōueniā Hegio,
Is quod mihi de hac re dederit cōsiliū. id exequar. **He.**
Sed Demea hoc tu facito, tecum animo cogites
Quam vos facillime agitis, q̄ estis maxumi,
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maxume vos æquo animo æqua noscere
Oportet. si vos voltis perhiberi probos. **De.**
Redito, fient. quæ fieri æquomst omnia. **He.**
Decet te facere. Geta duc me intro ad Sostratā. **De.**
Non me indicente hæc fient, vtinam hoc sit modo
Defunctum, verum nimia illæc licentia.
Profecto euadet in aliquod magnum malum.
Ibo, ac requirā fratrem, vt in eum hæc euomam. **He.**
Bono animo fac sis Sostrata. & istam. quod potes
Consolare, ego Mitionem si apud forumst

Conueniã, atq; vt res gesta est narrabo ordine
Si est facturus, vt sit officium suum
Faciat. sin aliter de hac re est eius sententia
Respondeat mihi, vt quid agã q; primũ sciam,

CTHESIPHO, SYRVS.

a In prẽm hic abisse rus? Sy. iãdudũ Ct. dic sodes.
Sy. apud villãst Nũc eũ maxume opis aliqd facere credo
Ct. vtinã qdẽ (Quod cũ salute eius fiat) ita se defatigari velim
Vt triduo hoc ppetuo prorsus e lecto nequeat surgere Sy.
Ita fiat & istoc si quid potis est rectius Ct. ita nam hunc diem
Missyre nimis cupio, vt cœpi perpetuũ in lætitia degere,
Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia
Prope est, quod si abesset longius
Prius nox oppressisset illic q; huc reuerti posset iterum
Nunc vbi me illic non videbit iam huc recurret sat scio
Rogabit me vbi fuerim quẽ ego hodie toto non vidi die
Quid dicã? Sy nihil ne ĩ mẽtest? Ct. nũq; qcq; Sy tãto negor
Cliens, amicus. hospes. nemo ẽ vobis?
Ct. sunt, qd postea? Sy. Hisce opa dicvt data sit.
Ct. q̃ nõ data sit? nõ põt fieri. Sy. potest.
Ct. Interdiu, sed si hic pnocto, causæ quid dicã Syre? Sy.
Vah, q; vellẽ etiam noctu amicis operã mos esset dari,
Quin tu ociosus es, ego illius sensum pulchre calleo.
Cũ feruet maxume tã placidũ. q; ouẽ reddo. Ct. q̃ modo?
Sy. Laudarier te audit libenter, facio te apud illum deum,
Virtutes narro. Ct. meas? Sy. tuas, homĩ ilico lachrymæ cadũt.
Quasi puero gaudio, hẽ tibi aũt.
Ct. qd nam est? Sy. Lupus est in fabula
Pater Ct. ne est? Sy. ipsust. Ct. Syre. quid agimus?
Sy. fuge modo intro, ego videro. Ct.
Siquid rogabit? nusq; tu me. audistin, Sy. potin vt desinas?

DEMEA, CTHESIPHO. SYRVS,

n E ego hō sum infœlix? primū fratrē nusq̄ inuenio gētiū
Præterea aūt dum illū quæro. a villa mercenariū
Vidi. is filium negat esse ruri, nec quid agam scio. **Ct.**
Syre. **Sy.** quid ais? **Ct.** men quærit? **Sy.**
Verum. **Ct.** perij. **Sy.** quin tu animo bono es. **De.**
Quid hoc (malū) infœlicitatis? nequeo satis decernere,
Nisi me credo huic esse natum rei ferundis miserijs
Primus sentio mala nostra, primus rescisco omnia.
Primus porro obnūcio, ægre solus si quid fit fero. **Sy.**
Rideo hunc primum ait se scire, is solus nescit omnia. **De.**
Nunc redeo, si forte frater redierit viso. **Ct.**
Sy. Obsecro, vide ne ille huc prorsus se irruat. **Sy.** etiā taces?
Ego cauebo, **Ct.** nunq̄ hercle hodie ego istuc cōmittā tibi.
Nam me in cellā aliquā cū illa cōcludā, id tutissimumst. **Sy.**
Age, tñ ego hūc amouebo. **De.** sed eccū sceleratū Syrum. **Sy.**
Non hercle hic quidē durare quispiā si sic fit potest
Scire eq̄dē volo q̄t mihi sint domini. quæ hæc est miseria? **De.**
Quid ille gānit? q̄d volt, q̄d ais bone vir? est frater domi? **Sy.**
Quid (malū) bone vir mihi narras? eq̄dē perij. **De.** q̄d tibi ē? **Sy**
Rogitas? Cthesipho me pugnis miserū, et istā psaltriā Vsq; occidit
De. hē q̄d narras? **Sy.** hē, vide vt discidit labrū. **De.** q̄obrem?
Sy. me impulsore hāc emptā eē ait. **De.** num tu eum.
Rus hinc dixtin abijsse? **Sy.** factū, verū venit post insaniens
Nihil pepercit, non puduit se verberare hominem senem,
Quē ego modo puerū tantillum in manibus gestaui meis. **De.**
Laudo Cthesipho, patrissas, abi, virum te iudico. **Sy.**
Laudas ne? ille continebit post hac si sapiet manus. **De.** Fortiter.
Sy. p̄ quā nimis, q̄a miserā mulierē, & me seruolū,
Qui referire non audebā, vicit, hui, Perfortiter. **De.**
Non potuit melius, idem sensit quod ego, te esse huic rei caput.

Sed est ne frater itus? **Sy.** nō est. **De.** vbi illū q̄rā cogito. **Sy.**
Scio vbi sit, verū hodie nunq̄ mōstrabo. **De.** hem q̄d ais? **Sy.**
Ita. **De.** diminuet tibi quidē iam cerebrū. **Sy.** at nomē nescio
Illius hominis, sed locū noui vbi sit. **De.** dic ergo locū. **Sy.**
Nostin porticū apud macellū hac deorsum? **De.** q̄d ni nouerim
Sy. Præterito hac recta platea sursum, vbi eo veneris,
Cliuos deorsum vorsum est, hac te præcipitato, postea
Est ad hanc manū sacellū, ibi angiportū propter est. **De.**
Quo nam? **Sy.** illic vbi etiā caprificus magna est. nostin?
De. noui. **Sy.** hac pergito. **De.**
Id quidē angiportū nō est peruiū **Sy.** verū hercle, vah,
Censen hominē me esse? erraui, in porticū rursum redi.
Sane ac multo propius ibis, & minor est erratio.
Scin Cratini huius ditis ædes? **De.** scio. **Sy.** vbi eas p̄terieris
Ad sinistrā hac recta platea, vbi ad Dianæ veneris,
Ito ad dextrā, prius q̄ ad portā venias. apud ipsum lacū
Est Pistrilla, & ex aduerso est fabrica ibi. **De.** q̄d ibi facit?
Sy. Lectulos in sole iligneis pedibus faciundos dedit.
Vbi potetis vos. **De.** sane bene, sed cesso ad eū pergere. **Sy.**
I sane, ego te exercebo hodie vt dignus es silicerniū.
Aeschinus ociose cessat, prandium corrūpitur,
Cthesipho aūt in amore est totus. ego iam prospiciā mihi,
Nam iam adibo, atq̄ vnū quodq̄ quod quidē erit bellissimum,
Carpam, & cyathos sorbillans paulatim hunc producā diem,

MITIO. HEGIO SENES,

Go in hac re nihil repio, quā ob rē lauder tātope Hegio.
Meū officiū facio. q̄d peccatū a nobis ortū est corrigo.
Nisi me in illo credidisti esse hominū nūero. qui ita putant
Sibi fieri iniuriā. vltro si quā fecere ipsi expostulant.
Et vltro accusant, id quia non est a me factū. agis gratias **He.**
Ah, minime, nunq̄ te aliter, atq̄ es in animū induxi meum,

Sed quæso. vt vna mecum ad matrem virginis eas Mitio.
Atq; istæc eadē quæ mihi dixti, tu te dicas mulieri.
Suspitionē hāc ꝑpter fratrē eius esse, & illā psaltriā. **Mi.**
Si ita æquū cēses, aut si ita opus ē facto. eam⁹, **He.** bene facis.
Nam et illi animū iam reuelabis, quæ dolore, ac miseria
Tabescit, & tuo officio fueris functus, sed si aliter putas.
Egomet narrabo q̄ mihi dixti. **Mi.** immo ego ibo. **He.** bn̄ facis
Oms̄ quibus res sunt minus secūdæ, magis sunt nescio quō mō.
Suspitiosi ad cōtumeliā, omnia accipiunt magis
Propter suam impotentiā. se semper credunt negligi
Quapropter teipsum purgare ipsis corā placabilius est. **Mi.**
Et recte. et verū dicis. **He.** sequere me ergo hac itro. **Mi.** maxūe

AESCHINVS,

Iscrutior animi, hoccine de improuiso mali mihi obijci
Tantū, vt neq; qd de me faciā, neq; quid agā certū siet?
Membra metu debilia sunt. animus timore obstupuit
Pectore consistere nihil consilij quiuit. vah
Quo modo me ex hac expediam turba?
Tanta nunc suspicio de me incidit, neq; ea immerito,
Sostrata credit mihi me psaltriā hanc emisse. id anus
Mihi inditium fœcit.
Nam vt hinc forte ea ad obstetricem erat missa, vbi eam vidi. ilico
Accedo, rogito, Pamphila quid agat? iam ne partus adsiet?
Eo ne obstetricē accersat? illa exclamat, abi, abi, iam Aeschine
Satis diu verba dedisti nobis. satis adhuc tua nos frustrata ē fides
Hem qd istuc obsecro inquā? valeas. habeas illā quæ placet.
Sensi ilico id illas suspicari. sed me repressi tamen
Ne quid de fratre garrule illi dicerem. ac fieret palam
Nūc quid faciā? dicā fratris esse hanc, quod minime est opus
Vsquā efferri. age omitto fieri potis est vt nequa exeat.
Ipsum id metuo vt credāt. tot concurrūt verisimilia.

Egomet rapui, ipse egomet solui argentũ, ad me abducta ẽ domũ.
Hæc adeo mea culpa fateor fieri, non me hanc rem patri
Vt erat gesta indicasse, exorassem vt eam ducerẽ
Cessatũ vsq; adhuc est, nũc iam porro Aeschine expergiscere.
Nũc hoc primũ est, ad illas ibo vt purgẽ me, accedã ad fores,
Peri, horresco semper. vbi pultare hasce occipio fores
Heus, heus, Aeschinus ego sum. apite aliqs actutũ hostiũ
Prodit nescio quis, concedam huc.

MITIO. AESCHINVS,

Ta vt dixi Sostrata
Facito, ego Aeschinũ cõueniã, vt q̃ mõ acta hec sint sciat
Sed quis hostiũ hoc pultauit? Ae. pater hercle est, perij (fores
Mi. Aschine? Ae. qd huic hic negotist? Mi. tu ne has pepulisti
Tacet, cur non ludo hunc aliquãtisper? melius est
Quando quidẽ hoc nunq; mihi ipse voluit credere
Nihil mihi respondes? Ae. nõ equidẽ istas? quod sciam. Mi.
Ita nam mirabar quid hic negotij esset tibi
Erubuit, salua res est. Ae. dic sodes pater
Tibi vero quid istic est rei? Mi. nihil mihi quidẽ.
Amicus quidã me a foro abduxit modo
Huc aduocatũ sibi. Ae. quid? Mi. ego dicã tibi
Habitant hic quædã mulieres pauperculæ
Vt opinor has non nosse te, & certo scio,
Neq; eñ diu huc cõmigrarũt. Ae. qd tum postea? Mi.
Virgo est cũ matre. Ae. perge? Mi. hæc virgo orbast patre.
Hic meus amicus illi genere est proxumus,
Huic leges cogũt nubere hãc. Ae. perij. Mi. quid est? Ae.
Nihil: recte, perge. Mi. is venit, vt secum aduehat
Nã habitat Mileti. Ae. hem virginẽ vt secũ aduehat? Mi.
Sic est. Ae. Miletũ vsq; obsecro? Mi. ita. Ae. animo malest
Quid ipse? aiũt? Mi. quid istas censes? nihil eñ

Commenta mater est, esse ex alio viro.
Nescio quo puerum natum, neq; eum nominat.
Priorem esse illum, non oportere huic dari. Ae.
Eho nonne hæc iusta tibi videntur postea? Mi.
Non. Ae. obsecro non? an illã hinc abducet pater? Mi.
Quid ni illam abducat? Ae. factum a vobis duriter,
Immisericorditerq;, atq; etiam si est pater
Dicendum magis aperte, illiberaliter. Mi.
Quã obrẽ? Ae. rogas me? quid illi tandem creditis?
Fore animi misero, qui cum illa consueuit prius
Qui infœlix (haud scio an illam nunc misere amat)
Cum hanc sibi videbit præsens præsenti eripi
Abduci ab oculis, facinus indignum pater. Mi.
Qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?
Cui? quando nupsit? author his rebus quis est?
Cur duxit alienam? Ae. an sedere oportuit
Domi virginẽ tam grandem, dum cognatus hinc
Illinc veniret expectantem? hæc mi pater.
Te dicere æquom fuit, & id defendere. Mi.
Ridicule, aduorsum ne illum causam dicerem,
Cui veneram aduocatus. sed quid ista Aeschine,
Nostra? aut qd nobis cum illis? abeamus quid est? (diu l omĩa,
Quid lacrumas? Ae. pr̃ obsecro ausculta. Mi. ah Aeschine au-
Et scio, nã te amo, quo magis q̃ agis, curæ sunt mihi. Ae.
Ita velim me promerentem ames. dum viuas mi pater
At me hoc delictum admisisse in me id vehementer dolet.
Et me tui pudet. Mi. credo hercle, nam ingeniũ noui tuum
Liberale, sed vereor ne indiligens nimiũ sies
In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?
Virginem vitiasti, quam te ius non erat tangere
Iam id peccatũ primũ magnũ, at humanũ tamen.

Fecere alij sepe, item boni, at postq̃ id euenit, cedo,
Nunquid circumspexisti? aut nunquid tute prospexti tibi
Quid fieret? quo fieret? si teipsum mihi puduit dicere,
Qua rescisceret hæc dum dubitas, menses abierunt decem,
Prodidisti atq̃ te, illam miseram, & gnatũ, quod quidẽ in te fuit.
Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?
Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?
Nolim te cæterarũ rerum socordem eodem modo, (anio es,
Bono animo es, duces vxorem hanc. **Ae.** hem, **Mi.** bono
Inquam. **Ae.** pater Obsecro, num ludis tu nunc me?
Mi. ego te? quam ob rem? **Ae.** nescio.
Nisi quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis.
Mi. Abi domũ, ac deos cõprecare, vt vxorẽ accersas abi. **Ae.**
Quid? iã ne vxorẽ? **Mi** iã? **Ae** iã? **Mi** iã q̃tũ potes. **Ae** Di
Oẽs oderit, ni magis te, q̃ oculos nũc amo meos. **Mi.** (me pat.
Quid iã illã? **Ae.** æque. **Mi.** perbenigne. **Ae.** quid? ille vbi est,
Mi: Abijt, perijt. nauẽ ascẽdit, sed cur cessas? **Ae.** abi pat. (Milesi?
Tu potius deos comprecare, nam tibi eos certe scio.
Quo vir melior multo es q̃ ego, obtemperaturos magis.
Mi. Ego eo itro, vt quæ opus sunt parẽtur, tu fac vt dixi si sapis.
Ae. Quid hoc est negoti? hoc est patrẽ esse? aut hoc est filiũ esse?
Si frater, aut sodalis esset, qui magis morem gereret?
Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinust? hem,
Itaq̃ adeo magnam mihi iniecit sua commoditate curam,
Ne forte imprudens faciam quod nolit, sciens cauebo,
Sed cesso ire intro, ne mora meis nuptijs egomet siem.

DEMEA SOLVS.

d Efessus sum ambulando, vt Syre te cum tua
Monstratione magnus perdat Iupiter.
Perreptaui vsq̃ omne oppidum ad portam, ad lacum.
Quo non, neq̃ illic fabrica vlla erat, & neq̃ fratrem homo

Vidisse se aiebat quisquam, nunc vero domi
Certon obsidere est vsq; donec redierit.

MITIO, DEMEA,

i Bo, illis dicam nullam esse in nobis moram, De.
Sed eccum ipsum, te iamdudum quero mitio, Mi.
Quid nam, De. fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adulescentis, Mi. ecce autem, De. noua,
Capitalia, Mi. desine ohe iã, De. ah ne scis q̃ vir sit, Mi. scio
De. Ah stulte tu de psalteria me somnias agere
Hoc peccatum est in virginem ciuem, Mi. scio,
De. Eho, scis & patere? Mi. quid ni patiar? De. dic mihi,
Non clamas? non insanis? Mi. non malum quidem, De.
Puer natus est, Mi. Dij bñ vortãt. De. virgo nihil habet.
Mi. Audiui, De. & ducenda indotatast? Mi. scilicet,
De. Quid nunc futurumst? Mi. id enim quod res ipsa fert,
Illuc huc transferetur virgo, De. o Iupiter,
Istoccine pacto oportet? fieri Mi. quid faciam amplius
De. Quid facias rogitas? si non re ipsa tibi istuc dolet,
Simulare certe est hominis. Mi. quin iam virginem
Despondi, res composita est, fiunt nuptiæ,
Dempsi metum omnem, hæc magis sunt hominis. De cæterum
Placet tibi factũ Mitio? Mi. non, si queam
Mutare, nunc cum non queo, æquo animo fero.
Ita vita ẽ hominum, quasi cum ludas tesseris.
Si illud quod est maxume opus iactu, non cadit,
Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas,
De. Corrector, nempe tua arte viginti minæ
Pro psaltria periere, quæ quantum potest
Aliquo abicienda est, si non precio, at gratis.
Mi. Neq; est, neq; illam sane studio vendere, De.
Quid igitur facies? Mi. domi erit. De. proh diuum fidem

Meretrix.et materfamilias erit vna in domo? **Mi.**
Cur nō? **De.** sanū ne te credis esse? **Mi.** equidē arbitror. **De.**
Ita me Di ament. vt video ego tuam ineptiam,
Facturū te credo, vt habeas q̄ cū cantites. **Mi.**
Cur nō **De.** & noua nupta eadem hæc discet? **Mi.** scilicet. **De.**
Tu inter eas restim ductitās saltabis? **Mi.** probe
Et tu nobiscū vna, si opus sit. **De.** hei mihi,
Non te hæc pudent? **Mi.** iam vero omitte Demea
Tuam istanc iracundiā, atq; ita vti decet
Hilarem, ac lubentem fac te in nati nuptijs
Ego hos cōueniā. post huc redeo. **De.** o Iupiter,
Hancine vitā? hoscine mores? hanc dementiā?
Vxor sine dote veniet, intus psaltria est.
Domus sumptuosa, adulescens luxu perditus.
Senex delirans, ipsa si cupiat Salus,
Seruare prorsus non potest hanc familiam,

SYRVS. DEMEA.

Depol Syrisce te curasti molliter.
æ Lauteq; munus administrasti tuum
Abi sed postq̄ intus sum omniū rerū satur,
Prodeambulare, huc libitum est. **De.** illud sis vide
Exemplū disciplinæ. **Sy.** ecce aūt hic adest senex
Noster. quid fit? qd tu es tristis? **De.** ohe scelus. **Sy.**
Eho, iam tu verba fundis hic sapientia **De.**
Tū si meus esses **Sy.** Dis quidē esses Demea
Ac tuā rem cōstabilisses. **De.** exemplū omībus
Curarē, vt esses. **Sy.** quā obrē? quid feci? **De.** rogas?
In ipsa turba, atq; in peccato maxumo
Quod vix sedatū satis est, potasti scelus, quasi
Re bene gesta. **Sy.** sane nollem hunc exitū

DROMO. SYRVS. DEMEA.

Eus heus Syre, rogat te Cthesipho vt redeas. Sy. abi.

h

De. qd Cthesiphonẽ hic narrat: Sy. nihil,
De. eho carnufex, Est Cthesipho intꝰ: Sy. nõ est,
De cur hic noĩat? Sy. est alius quidã parasitaster paruolus
Nostin? De. iã scibo, Sy. qd agis? q̃ abis? De mitte me, Sy
Noli inquã, De. nõ manũ abstines mastigia?
An tibi mauis cerebrũ dispergi hic: Sy. abijt
Edepol cõmessatorẽ haud sane cõmodũ
Præsertim Cthesiphoni, quid ego nunc agã?
Nisi dum hæ silescũt turbæ, interea in angulũ
Aliquo abeã? atq; edormiscã hoc vili? sic agã

MITIO, DEMEA,

Arata a nobis sunt ita vt dixi Sostrata

p

Vbi vis, quis nam a me pepulit tam grauiter fores?
De. Hei mihi quid faciã? quid clamem? aut querar?
O cœlũ, o terra, o maria Neptuni, Mi. hem tibi,
Resciuit omnẽ rem id nunc clamat scilicet
Paratæ lites, succurrendũ est De. eccũ adest
Cõmunis corruptela nostrorum liberũ, Mi.
Tandem reprime iracundiã, atq; ad te redi, De.
Repressi, redij, mitto maledicta omnia
Rem ipsam putemus, dictũ inter nos hoc fuit
Ex te adeo est ortum, ne tu curares meũ
Ne væ ego tuũ, responde, Mi. factũ est, non nego, De.
Cur nunc apud te potat? cur recipis meũ?
Cur emis amicam Mitio? num qui minus
Mihi idem ius æquomst esse, quod equomst tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meũ Mi.
Non æquom dicis, De. non? Mi. nã vetus verbũ hoc qdemst,
Cõmunia esse Amicorũ inter se omnia De.
Facete nunc demũ istæc nata oratiost Mi.

Ausculta paucis, nisi molestumst Demea.
Principio si id te mordet sumptum filij
Quem faciunt, quæso facito, hæc tecum cogitas,
Tu illos duos olim pro te tollebas tua.
Quod satis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum vxorem credidisti scilicet
Ducturũ.eandẽ illam rationẽ antiquã obtine.
Conserua, quære, parce, fac q̃ plurimũ
Illis relinquas, gloriam tu istam tibi obtine
Mea. quæ præter spem euenere, vtantur sine.
De summa nihil decidet. quod hinc accesserit
Id de lucro putato esse, omnia hæc si voles
In animo vere cogitare Demea
Et mihi, & tibi, et illis dempseris molestiã. **De.**
Mitto rem, cõsuetudinẽ ipsorũ. **Mi.** mane
Scio. istuc ibam. multa in homine Demea
Signa insunt, ex quibus coniectura facile fit
Duo. cum idem faciunt, sæpe vt possis dicere
Hoc licet impune facere huic. illi non licet
Non quod dissimilis res sit. sed quod is qui facit.
Quæ ego esse in illis video vt cõfidam fore, ita
Vt volumus. video, sapere, intelligere eos in loco
Vereri, inter se amare, scire, liberum
Ingenium. atq; animum. quo vis illos tu die
Reducas, at enĩ metuas, ne ab re sint tamen
Omissiores paulo, o noster Demea
Ad omnia alia ætate sapimus rectius,
Solum vnum hoc vitiũ affert senectus hominibus,
Attentiores sumus ad rem omnes. q̃ sat est
Quod illos sat ætas acuet. **De.** ne nimiũ modo
Bonæ tuæ istæ nos rationes Mitio

Et tuus iste animus æquos subuortant. Mi. tace,
Non fiet, mitte iam istæc, da te hodie mihi,
Exporge frontem. De. scilicet, ita tempus fert,
Faciundumst. cæterū rus cras cum filio
Cum prima luce ibo hinc. Mi. immo de nocte censeo.
Hodie modo hilarū fac te. De. & istam psaltriam
Vna illuc mecū hinc abstrahā. Mi. pugnaueris
Eo pacto prorsum illic alligaris filium
Modo facito, vt illā serues. De. ego istuc videro
Atq; illic fauillæ plena fumi, ac pollinis
Coquendo sit faxo, & molendo, præter hæc
Meridie ipso faciā, vt stipulam colligat
Tam excoctā reddā, atq; atrā, q̄ carbost. Mi. placet
Nunc mihi videre sapere. atq; equidem filium
Tum etiā si nolit cogas, vt cū illa vna cubet. De.
Derides? fortunatus qui istoc animo sies.
Ego sentio. Mi. ah pergis ne? De. iam iam desino, Mi.
I ergo intro, et cui opus est rei. ei rei hilarē hūc sumamus diē

DEMEA SOLVS.

Vnq; ita q̄sq; bene subducta ratione ad vitā fuit
Quin res, ætas, atq; vsus semp aliquid adportet noui
Aliquid moneat, vt illa, quæ te scire credas. nescias,
Et quæ tibi putaris prima in experiundo repudies.
Quod mihi nūc euenit. nam ego vitā durā quā vixi vsq; adhuc
Prope iam excurso spatio, mitto. id quā ob rē ip̄a repperi
Facilitate nihil homini esse melius. neq; clementia,
Id esse verū ex me. atq; ex fratre. cui vis facile est noscere
Ille suā semp egit vitā in ocio. in conuiuijs
Clemens. placidus, nulli ledere os, arridere oībus.
Sibi vixit, sibi sumptū fœcit, oēs benedicūt. amant
Ego ille agrestis, sæuus, tristis, parcus, truculentus, tenax

Duxi vxorem.quã ibi miseriã non vidi? nati filij
Alia cura.porro aũt dum studeo illis, vt q̃ plurimũ
Facere, cõtriui in quærundo vitã.atq; ætatẽ meã
Nunc exacta ætate.hoc fructi pro labore ab his fero
Odiũ, ille alter sine labore patria potitur cõmoda
Illũ amant.me fugitant, illi credũt cõsilia oĩa
Illũ diligũt.apud illũ sunt ambo, ego desertus sum
Illũ vt viuat optant, meã aũt mortẽ expectant.scilicet
Ita eos meo labore eductos maximo hic fœcit suos
Paulo sumptu.miseriã oĩem ego capio hic potitur gaudia
Age age.nunc experiamur contra hæc quid ego possiem
Blande dicere, aut benigne facere quando eo prouocat.
Ego quoq; a meis me amari & magnipendi postulo
Si id fit dando atq; obsequendo, non posterioris feram
Deerit.id mea minime refert, qui sum natu maximus,

SYRVS DEMEA

Eus Demea rogat frater ne abeas longius. **De.**
Quis hõ: o Syre noster, salue.qd fit: qd agit: **Sy.**
Recte: **De.** optimest, iam nunc hæc tria primũ addidi
Præter naturã, o noster quid fit, quid agitur?
Seruom haud illiberalem præbes te. & tibi
Lubens bene faxim **Sy.** grãm habeo. **De.** atquis Syre
Hoc verumst & ipsa re experiere prope diem.

GETA, DEMEA

Era ego hinc ad hos prouisam, q̃ mox virginem
Accersant: sed eccum Demeã, saluos sies, **De.**
Oh, qui vocare? **Ge.** Geta, **De.** Geta, maxumi
Pretij esse te hominem iudicaui animo meo hodie
Nam is mihi est profecto seruus spectatus satis
Cui dominus curæst ita vt tibi sensi Geta
Et tibi ob eam rem.si quid vsus venerit

Lubens bene faxim, meditor esse affabilis,
Et bene procedit. **Ge.** bonus es, cum hæc existimas.
De. Paulatim plebem primulum facio meam.

AESCHINVS, DEMEA, SYRVS, GETA,

o Ccidūt me quidem dum nimis sanctas nuptias
Student facere, in apparando totū consumunt diem,
De. Quid agitur Aeschine? **Ae.** hem pater mi, tu hic eras?
De. Tuus hercle vero, & animo, & natura pater,
Qui te amat plusq̄ hosce oculos, sed cur non domum q̄so
Vxorem accersis? **Ae.** cupio, verum hoc mihi mora est
Tibicina, & hymenæum qui canat? **De.** eho
Vin tu huic seni auscultare? **Ae.** quid? **De.** missa hæc face.
Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas,
Atq; hanc in horto maceriam iube dirui
Quantum potest. hac transfer, vnam fac domum,
Traduc, & matrem & familiam omnem ad nos. **Ae.** placet
Pater lepidissime. **De.** euge. iam lepidus vocor.
Fratri ædes fient peruiæ, turbam domum adducet,
Et sumptum, multa admittet, multa, quid mea?
Ego lepidus ineo graciam, iube nunc iam
Dinumeret Babylo ille viginti minas
Syre cessas ire, ac facere? **Sy.** quid agā? **De.** dirue.
Tu illas, abi, & traduce, **Ge.** Di tibi Demea
Benefaciant, cum te video nostræ familiæ
Tam ex animo factum velle. **De.** dignos arbitror.
Quid tu ais? **Ae.** sic opinor? **De.** multo rectius est
Quam illam puerperam, nunc duci huc per viam
Egrotam. **Ae.** nihil enim vidi melius mi pater.
De. Sic soleo, sed eccum Mitio egreditur foras.

MITIO, DEMEA, AESCHINVS,

i Vbet frat: vbi is est? tu ne iubes, hoc Demea? **De.**

Ego vero iubeo. & in hac re. & aliis omnibus
Quam maxume vnam facere nos hanc familiam
Colere. adiuuare. adiungere. **Ae.** ita quæso pater
Mi. Haud aliter ceseo, **De.** immo hercle ita nobis decet
Primū huius vxoris est mater. **Mi.** est. quid postea? **De.**
Proba et modesta, **Mi.** ita aiunt. **De.** natu gradior. **Mi.**
Scio **De.** parere iam diu per annos hæc non potest
Nec qui eā respiciat qsq̄ est. sola est. **Mi.** quā hic rem agit? **De.**
Hanc te æquū est ducere, & te opam vt fiat dare. **Mi.**
Me ducere aūt? **De.** te, **Mi.** me? **De.** te inq̄. **Mi.** ineptis,
De. si Tu sis homo, dic faciat, **Ae.** mi pater. **Mi** quid tu,
Huic asine auscultas? **De.** nihil agis, fieri aliter
Non potest. **Mi.** deliras. **Ae.** sine te exorem mi pater. **Mi.**
Insanis? aufer te **De.** age, da veniā q̄so filio, **Mi.** satin sanꝰ es? ego
Nouus maritus anno demum quinto, & sexagesimo
Fiam, atq̄ anum decrepitam ducā? id ne estis autores mihi? **Ae.**
Fac ꝓmisi ego illis. **Mi.** promisisti aūt? de te largitor puer, **Ae.**
Age, q̄d si q̄d te maius oret? **Mi.** quasi hoc nō sit maximū, **De**
Age. da veniā, **Ae** ne grauere. **De** fac ꝓmitte, **Mi** nō omittis?
Ae Nō, nisi exorē, **Mi** vis est hec quidē. **De** age ꝓlixe Mitio.
Mi. Et si hoc mihi prauū, ineptū, absurdū, atq̄ alienū a vita mea
Videatur, si vos tantopere istuc vultis, fiat. **Ae.** bene facis.
Merito te amo. **De.** verū quid ego dicā. hoc cū fit quod volo?
Quid nunc quod restat? Hegio is est cognatus proxumus.
Affinis nobis, paup, bene nos aliquid facere illi decet. **Mi.**
Quid facere? **De.** agelli hic sub vrbe est paululū q̄d locitas foris,
Huic demus q̄ fruat. **Mi.** paululū id aūt? **De.** si multū sit
Faciundū est. ꝓ patre huic est, bonus est, noster est, recte dat.
Postremo non meum illud verbū facio, quod tu Mitio.
Bene, & sapienter dixti dudū, vitiū Cōmune omniū est
Quod nimiū ad rem in senecta attēti sumus. hāc maculā nos decet

Effugere, dictum est, & re ipsa fieri oportet,
Mi. Quid istuc? dabitur quidem, quando hic volt. Ae.
Mi pater, De. nunc tu mihi es germanus pariter (gulo,
Corpore, & animo, Mi. gaudeo, De. suo sibi hũc gladio iu-

SYRVS, DEMEA, MITIO, AESCHINVS,

Actum est quod iussti Demea,

De. Frugi homo es, edepol hodie mea quidẽ sentẽtia,
Iudico Syrum fieri esse æquum liberum, Mi. istũc liberum,
Quod nam ob factũ? De. multa, Sy. o noster Demea, ede-
Ego istos vobis vsq; a pueris curaui ãbos, sedulo, (pol vir bon9es
Docui, monui, bene præcepi semper quæ potui omnia.
De. Res apparet, & quidem porro hæc obsonare, cum fide
Scortum adducere, apparare de die conuiuium.
Non mediocris hominis hæc sunt officia, Sy. o lepidum caput.
De. Postremo hodie in psaltria istac emunda, hic adiutor fuit.
Hic curauit oĩa, prodesse æquum est, alij meliores erunt.
Deniq; hic vult fieri, Mi. vin tu hoc fieri? Ae. cupio, (ne facis
Mi si qdẽ Tu vis, Syre eho accede huc ad me, liber esto Sy be-
Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi præterea Demea, De.
Gaudeo, Ae. & ego. Sy. credo, vtinã hoc perpetuũ fiat gau-
Phrigiã vt vxorẽ meã, vna mecũ videã liberam, De. (dium.
Optimam quidem mulierem, Sy. equidẽ tuo nepoti hui9 filio.
Hodie primam mammã dedit hæc, De. hercle vero serio
Siquidem primã dedit, haud dubium quin emitti equũ siet. Mi.
Ob eam rẽ? De. ob eã, postremo a me argẽtũ q̃ti ẽ sumito Sy
Di tibi Demea oro omnes semper omnia optata offerunt,
Mi. Syre processisti hodie pulchre. De siquidẽ porro. Mitio.
Tu tuum officium facies, atq; huic paululũ præ manu
Dederis vnde, reddet tibi cito. Mi. istoc vilius.
Ae. Frugi homo est, Sy. reddam hercle, da modo.
Ae. age pater, Mi. post consulam, De.

Faciet. Sy. o vir optime, Ae. o mi pater festiuissime, Mi.
Quid istuc? quæ res tam repente mores mutauit tuos?
Quod pluuiũ? quæ istæc subita est largitas? De. dicam tibi.
Vt id ostenderẽ, quod te isti facilẽ, & festiuuũ putant
Id non fieri ex vera vita, neq; adeo ex æquo & bono,
Sed ex assentando, indulgendo, et largiendo Mitio.
Nunc adeo si ob eam rem vobis mea vita inuisa est Aeschine.
Quia nõ ista prorsus iniusta oĩa omnino obsequor.
Missa facio, effundite, emittite, facite quod vobis lubet
Sed si id vultis potius, quæ vos propter adulescentiã
Minus videtis. magis impense cupitis, cõsulitis parũ
Hæc repræhendere & corrigere me. et obsecũdare in loco
Ecce me qui id faciã vobis. Ae. tibi pater permittimus
Plus scis quid facto opus est, sed de fratre quid fiet? De. sino.
Habeat, in istac finem faciat. Ae. Istuc Recte. VALETE ET
PLAVDITE CALLIOPIVS RECENSVI.

ACTA LVDIS MEGALENSIB, SEXTO IVLIO
CN, COR, DOLABELLA. EDILIB, MODOS FE
CIT FLACCVS CLAVDII TIBIIS PARIB,
TOTA GRAECA MENANDRI FACTA
EST. ACTA PRIMO SINE PROLOGO
DATA SECVNDO. CN. OCTAVIO.
TI, MANLIO COSS, RELATA EST
LVCII AEMILII PAVLI LV-
DIS FVNERALIB, NON EST
PLACITA. TERTIO RELA
TA Q. FVLVIO, L, MARCO
EDILI, CVRVLIB, EGIT
LVCIVS, AMBIVIVS,
LV, SERGIVS TVR
PIO, PLACVIT.

FABVLE INTERLOCVTORES,

Philotis meretrix,	Phidippus senex
Syra anus.	Pamphilus adulescens
Parmeno seruus	Myrrhina mulier
Laches senex,	Sosia seruus
Sostrata mulier.	Bacchis meretrix,

TERENTII,

CAI SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA,

v Xorem duxit Pamphilus Philumenam
Cui quondā ignorans virginī vitium obtulit
Eiusqꝫ per vim quem detraxit anulū
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ,
Dein profectus in Imbrum est. nuptam haud attigit,
Hanc mater vtero grauidam comperit,
Vt ægram ad se transfert, reuenit Pamphilus,
Deprehendit, partum celat, vxorem tamen
Recipere non vult, pater incusat Bacchidis
Amorem. dum se purgat Bacchis, anulum
Mater vitiatæ forte agnoscit Myrrhina,
Vxorem recepit Pamphilus cū filio,

PROLOGVS,

h Ecyra est hūic nomen fabule, hæc cum data est
Noua nouum interuenit vitium, & calamitas.
Vt neqꝫ spectari, neqꝫ cognosci potuerit.
Ita populus studio stupidus, in funambulo
Animum occuparat, nunc hæc plane est pro noua.
Et is qui scripsit hanc, ob eam rem voluit
Iterum referre, vt iterum possit vendere,
Alias cognostis eius, quæso hanc noscite.
Orator ad vos venio ornatu prologi.
Sinite exorator sim, eodem vt iure vti senem
Liceat, quo iure sum vsus adulescentior,
Nouas qui exactas feci vt inuetarascerent,
Ne cum poeta scriptura euanesceret,
In his quas primum Cecilij didici nouas.
Partim sum earum exactus, partim vix steti,
Quia sciebam dubiam fortunam esse scænicam;
Spe incerta, certum mihi laborem sustuli.

Easdem agere cœpi, vt ab eodem alias discerem
Nouas studiose, ne illum a studio abducerem,
Perfeci vt spectarentur, vbi sunt cognite.
Placite sunt, vt ita poetam restitui in locum
Prope iam remotum iniuria aduersariorum
Ab studio, atq; ab labore, atq; ab arte musica,
Quod si scripturam spreuissem in præsentia,
Et in deterrendo voluissem operam sumere,
Vt in ocio esset, potius q̃ in negotio:
Deterruissem facile, ne alias scriberet.
Nunc quid petam mea causa, æquo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium
Nunquam agere licitum est, ita eam oppressit calamitas.
Eam calamitatem vestra intelligentia
Sedabit, si erit adiutrix nostræ industriæ,
Cum primum eam agere cœpi: pugillum gloria,
Funambuli eodem accessit expectatio,
Comitum conuentus, strepitus, clamor mulierum
Fecere, vt ante tempus exirem foras.
Vetere in noua cœpi vti consuetudine,
In experiundo vt essem, refero denuo.
Primo actu placeo, cum interea rumor venit
Datum iri gladiatores, populus conuolat.
Tumultuant, clamant, pugnant de loco.
Ego interea meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla est, ocium, & silentium est.
Agendi tempus mihi datum est, vobis datur
Potestas condecorandi ludos scænicos.
Nolite sinere per vos artem musicam
Recidere ad paucos, facite vt vestra authoritas
Meæ autoritati fautrix, adiutrixq; fiet

Si nunq̄ auare statui pretiū arti meæ.
Et eum esse quæstū.in animū induxi meum
Quam maxime seruire vostris cōmodis.
Sinite impetrare,me qui in tutelā meam
Studiū suum,et se in vestram cōmisit fidem.
Ne eum circūuentum inique iniqui irrideant.
Mea causa causam hanc accipite.et date silentiū.
Vt libeat scribere aliis.mihiq̄ vt discere
Nouas expediat post hac pretio emptas meo

PHILOTIS MERETRIX. SYRA ANVS,

Er pol q̄ paucos reperias meretricibus
p Fideles euenire amatores Syra
Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi
Quam sancte,vt quiuis facile posset credere
Nunq̄ illa viua ducturū vxorem domū
Hem duxit, Sy. ergo propterea te sedulo
Et moneo,et hortor.ne cuiusq̄ te misereat.
Quin spolies,mutiles.laceres quenquē nacta sis Ph.
Vt ni eximiū neminē habeā? Sy. neminē
Nam nemo illorū quisq̄ scito ad te venit
Quin ita paret sese abs te vt blanditiis suis
Quam minimo pretio suam voluptatē expleat,
Hiscine tu amabo non contra insidiabere? Ph.
Tamen eandem pol esse omnibus iniuriū est. Sy.
Iniurium est autem vlcisci aduersarios,
Aut qua via captent te illi,eadem ipsos capi?
Eheu me miserā.cur non aut istæc nunc mihi
Aetas & forma est.aut tibi hæc sententia?

PARMENO. PHILOTIS, SYRA.

Enex si quæret me modo,isse dicito
r Ad portum percontatū aduentū Pamphili.

Date silentiū

Audin quid dicā Syræ? si quæret me vti
Tum dicas, si non quæret, nullus dixeris.
Alias vt vti possim causa hac integra
Sed videon ego Philotim? vnde hæc aduenit?
Philotis salue multū. **Ph.** o salue Parmeno **Sy.**
Salue mi ecastor Parmeno **Par** & tu ædepol. **Sy.**
Dic mihi Philotis vbi te oblectasti tam diu **Ph.**
Minime equidē me oblectaui, quæ cum milite
Corinthū hinc sum profecta inhūanissimo,
Bienniū ibi perpetuū misera illū pertuli, **Par.**
Aedepol te desideriū Athenarū arbitror
Philotim cœpisse sæpe, & te tuum
Consiliū contempsisse. **Ph.** non dici potest
Quam cupida eram huc redeundi, & abeundi a milite.
Vosq; hic videndi. antiqua vt cōsuetudine
Agitarem inter vos libere conuiuiū.
Nam illic haud licebat nisi præfinito loqui
Quæ illi placerent. **Par.** haud opinor cōmode
Finem statuisse orationi militē. **Ph.**
Sed quid hoc negoti est modo quæ hæc narrauit mihi
Hic intus Bacchis? quod ego nunq̄ credidi
Fore, vt hac ille viua posset animū inducere
Vxorē habere. **Par** habere aūt **Ph.** eho tu an nō habet? **Par**
Habet, sed firmæ hæ vereor vt sint nuptiæ, **Ph.**
Ita Di deæq; faxint, si in rem est Bacchidis
Sed qui istuc credā ita esse? dic mihi Parmeno. **Par**
Non est opus prolato, hoc perconctarier
Desiste: **Ph.** nempe ea causa vt ne id fiat palam
Ita me Di bene ament. haud propterea te rogo
Vt hoc proferam, sed vt tacita mecū gaudeā **Par**
Nunq̄ dices tam cōmode, vt tergū meum

Tuã in fidẽ cõmittã, Ph. ah, noli Parmeno
Quasi tu non multo malis narrare hoc mihi
Quã ego quæ ꝑconter, scire, Par vera hæc prædicat:
Et illud mihi maximũ vitiumst, si mihi fidẽ
Das. te taciturã dicã, Ph. ad ingeniũ redis
Fidẽ do, loqre Par ausculta, Ph. istic sum Par hãc Bacchidẽ
Amabat vt cum maxime tum Pamphilus
Cum pater vxorem vt ducat orare occipit,
Et hæc cõmunia omniũ quæ sunt patrum
Se senem esse dicere, illũ autem esse vnicũ
Præsidiũ velle se senectuti suæ,
Ille primo se negare, sed postq̃ acrius
Pater instat, fœcit animi vt incertus foret
Pudori an ne amori obsequeretur magis
Tundendo. atq; odio deniq; effecit senex
Despondit ei gnatam huius vicini proximi
Vsq; illud visum est Pamphilo neutiq̃ graue,
Donec iam in ipsis nuptijs, postq̃ videt
Paratas, nec moram vllam quin ducat dari
Ibi demũ ita ægre tulit: vt ipsam Bacchidẽ
Si adesset, credo ibi eius commiserescceret
Vbicunq; datũ erat spacium solitudinis,
Vt colloqui mecũ vna posset, Parmeno.
Perij. quid ego egi: in quod me cõieci malum:
Non potero hoc ferre Parmeno, perij miser. Ph.
At te Di Deæq; ꝑduint cum istoc odio Laches. Par.
Vt ad pauca redeam, vxorẽ deducit domum
Nocte illa prima virginem non attigit.
Quæ consecuta est nox, eam nihilo magis Ph.
Quid ais: cum virgine vna adulescens cubuerit
Plus potis se illa abstinere vt potuerit:

Non verisimile dicis, nec verum arbitror.
Par. Credo ita videri tibi, nam nemo ad te venit
Nisi cupiens tui, ille inuitus illam duxerat.
Ph. Quid deinde fit? **Par.** diebus sane pauculis,
Post pamphilus me solum seducit foras.
Narratque, vt virgo a se integra etiam tum siet.
Seque, ante quam eam vxorem duxisset domum,
Sperasse eas tolerare posse nuptias,
Sed quam decreuerim me non posse diutius,
Habere, eam ludibrio haberi Parmeno
Quin integram itidem reddam. vt accepi a suis.
Neque honestum mihi, neque vtile ipsi virgini est,
Ph. Pium, ac pudicum ingenium narras Pamphili.
Par. Hoc ego proferre incommodum esse mihi arbitror.
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitii
Superbum est, sed illam spero, vbi hoc cognouerit,
Non posse se mecum esse, abituram denique.
Ph. Quid interea? ibat ne ad Bacchidem? **Par.** cottidie
Sed vt fit, postquam hunc alienum ab se videt
Maligna multo, & magis procax facta illico est.
Ph. Non aedepol mirum. **Par.** atqui ea res multo maxime
Disiunxit illum ab illa. postquam, & ipse sese
Et illam, & hanc, quae domi erat cognouit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum existimans,
Haec ita vti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta, incommoda, atque iniurias
Viri omnis ferre, et tegere contumelias.
Hic animus partim vxoris misericordia
Deuictus, partim victus huiusce iniuriis,
Paulatim elapsus Bacchidi, atque huic transtulit
Amorem, postquam par ingenium nactus est

Interea in imbro moritur cognatus senex
Horũ, ad hos redibat lege hereditas
Eo amantẽ inuitũ Pãphilũ extrudit pater.
Reliquit cum matre hic vxorem, nam senex
Rus abdidit sese, huc raro in vrbem cõmeat. **Phi.**
Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ? **Par.**
Nunc audies, primum dies complusculos
Bene conuenibat sane inter eas, interim
Miris modis odisse cœpit Sostratam,
Neq̃ lites erant vllæ inter eas, postulatio
Nunq̃. **Ph.** quid igitur? **Par.** si quando ad eam accesserat
Confabulatum, fugere conspectu illico
Videre nolle, deniq̃ vbi non quiuit pati
Simulat eã se a matre accersi ad rem diuinam, abijt,
Vbi illic dies est compluris accersi iubet,
Dicere causam, tunc nescio quam iterum iubet,
Nemo remisit, postq̃ accersiuit sæpius
Aegram esse simulant mulierem. nostra ilico
It visere ad eam, admisit nemo, hoc vbi senex
Resciuit, heri ea causa rure huc aduenit,
Patrem continuo conuenit Philumenæ.
Quid egerint inter se non dum etiã scio,
Nisi sane mihi curæ est quorsum euenturum hoc siet,
Habes omnem rem, pergam quo cœpi hoc iter,
Phi. Et quidem ego, nam constitui cum quodam hospitẽ
Me esse illum conuenturam, **Par.** Dij vortant bene
Quod agas. **Phi.** Vale, **Par.** tu benẽ vale Philotis.

LACHES, SOSTRATA,

p Roh deũ atq̃ hoĩm fidẽ, q̃d hoc gen⁹ est? quæ cõiuratio?
Vt omnes mulieres eadem æque studeãt, nolintq̃ oĩa,
Neq̃ declinatam quicq̃ ab aliarum ingenio vllam reperias.

Itaq; adeo vno animo om̃es Socrus oderũt nurus
Viris esse aduorsas æquæ studiũ est, similis ꝑtinacia est.
In eodẽ omnes mihi videnť ludo doctæ ad maliciã,
Et ei ludo si vllus est, magistrã hanc esse satis certo scio, **Ho.**
Me miserã, quæ nunc quã ob rẽ accuser nescio **La.** hem
Tu nescis? **Ho.** Non, ita me Di bene ament, mi Laches
Itaq; vna inter nos agere ætatẽ liceat, **La.** Di mala ꝓhibeãt, **Ho.**
Meq; abs te immerito esse accusatã postmodũ rescisces **La.** Scio,
Te immerito? an quicquã pro istis factis dignũ te dici potest,
Quæ me, & te, & familiam dedecoras, filio luctũ paras?
Tum autem ex amicis inimici, vt sint nobis affines, facis
Qui illũ decrerunt dignũ suos cui liberos cõmitterent
Tu sola exhorrere quæ ꝑturbas hæc, tua impudẽtia. **Ho.** ego ne?
La. Tu inquã mulier, quæ me omnino lapidẽ, haud hoiem, putas
An quia ruri esse crebro soleo, nescire arbitramini
Quo quisq; pacto hic vitam vestrorum exigat?
Multo melius hic quæ fiunt, q̃ illic vbi sum assidue scio
Ideo quia vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris,
Iampridem equidem audiui cœpisse odium tui Philumenã
Minimeq; adeo mirum, & ni id fecisset, magis mirũ foret.
Sed non credidi adeo, vt etiam totam hanc odisset domũ
Quod si scissem illa hic maneret potius, tu hinc isses foras,
At vide quam immerito ægritudo hæc oritur mihi abs te Sostrata
Rus habitatũ abij, concedens vobis, & rei seruiens
Sumptus vestros. ociumq;, vt nostra res posset pati.
Meo labori haud parcens præter æquũ, atq; ætatem meam.
Non te pro his curasse rebus ne quid ægre esset mihi? **Ho.**
Non mea opera, neq; pol culpa euenit. **La.** immo maxime.
Sola hic fuisti, in te omnis hæret culpa. sola Sostrata
Quæ hic erant curares. cum ego vos solui curis cæteris.
Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet?

Illius dices culpa factum. **So.** haud equidē dico mi Laches. **La.**
Gaudeo (ita me Di ament) gnati causa nam de te quidem
Satis scio peccando detrimenti nihil fieri potest.
So. Qui scis an ea causa mi vir me odisse assimularit?
Vt cum matre vna plus esset. **La.** quid ais? non signi sat est.
Quod heri nemo voluit visentem te ad eam intromittere.
So. Eā iā lassam oppido tum aiebant, eo ad eā nō admissa sum
La. Tuos esse illi mores morbum, quā ullam aliam rem arbitror.
Et merito adeo. nam vestrarum nulla est. quin gnatum velit
Ducere vxorem. & quæ vobis placita conditio est datur.
Vbi duxere impulsu vestro. vestro impulsu easdem exigunt.

PHIDIPPVS, LACHES, SOSTRATA,

Tsi scio ego Philumena meum esse ius. vt te cogam
Quæ ego imperē facere, ego tñ patrio anio victus faciā
Vt tibi concedam, neq; tuæ libidini aduersabor.
La. Atq; eccū Phidippū optume video, ex hoc iam scibo qd fiet,
Phidippe, & si ego meis omnibus scio me esse apprime obsequētē
Sed non adeo vt facilitas mea illorum corrumpat animos.
Quod si tu idē faceres, magis in rē, et nostrā: et vostram id esset,
Nunc video in illarum potestate esse te. **Ph.** eia vero.
La. Adij te heri de filia, vt veni itidem incertum amisisti,
Haud ita decet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc
Celare te iras, siquid est peccatum a nobis profer.
Aut ea refellendo, aut purgando vobis corrigemus,
Te iudice ipso. sin ea est causa retinendi apud vos
Quia ægra est, te mihi iniuriam facere arbitror Phidippe.
Si metuis satis ne vt meæ domi curetur diligenter.
At (ita me Di ament) haud tibi hoc concedo. et si illi pater es,
Vt tu illam saluam magis velis, q̄ ego id adeo gnati causa
Quem ego intellexi illam haud minus q̄ se ipsum magnifacere.
Neq; adeo me clam est, q̄ esse eum grauiter laturum credam,

Hoc si resciuerit. eo domũ, studeo hæc pusq̄ ille huc redeat. **Ph.**

Laches. & diligentiam vestram. & benignitatem

Noui & quæ dicis omnia esse vt dicis animũ induco,

Et te hoc mihi cupio credere, illam ad vos redire studeo,

Si facere possim vllo modo. **La.** quæ res te facere id ꝓhibet?

Eho nũquid nam accusat virũ? **Ph.** minime, nã postq̄ attẽdi

Magis, & vi cœpi cogere vt rediret, sancte adiurat

Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.

Aliud fortasse alijs vitij est. ego sum animo leni natus.

Nõ possum aduorsari meis. **La.** hẽ Sostrata. **So.** heu me miserã

La. Certũ ne ẽ istuc? **Ph.** nũc q̄dẽ vt videt, sed nũc q̄d vis?

Nã est quod me ad forũ transire iã oportet. **La.** eo tecũ vna

SOSTRATA.

Depol næ nos mulieres sumus. æque oẽs inuisæ viris

Propter paucas. q̄ oẽs faciũt, dignæ, vt videamur malo

Nã (ita me Di amẽt) q̄d me accusat nũc vir, sum extra noxã

Sed non facile est expurgatu, ita animũ induxerũt, socrus

Omnis esse iniquas. haud pol me quidẽ, nam nunq̄ secus

Habui illam, ac si ex me esset nata. nec qui hoc mihi eueniat scio

Nisi pol filiũ multis modis iam expecto vt redeat domũ.

PAMPHILVS. PARMENO.

Emi ego plura acerba eẽ credo ex amore hoĩ vnq̄ oblata

Quã mihi, heu me infœlicẽ. hãcine ego vitã parsi ꝑdere?

Hacine causa ego eram tantope cupidus redeũdi domũ?

Cui quanto fuerat præstabilius, vbi vis gentiũ agere ætatem

Quã huc redire? atq̄ hæc ita esse miserũ me rescíscere?

Nam nos oẽs. q̄bus est alicunde aliq̄s obiectus labos

Omne q̄d est interea tempus, priusq̄ id rescitum est lucrost. **Pa.**

At sic. citius qui te expedias his ærũnis reperias

Si non redisses, hæ iræ factæ essent multo ampliores.

Sed nunc aduentũ tuũ ambas Pãphile scio reuerituras

Rem cognosces, iram expedies, rursum in gratiam restitues.
Leuia sunt hæc, quæ tu pergrauia esse in animum induxti tuum,
Pam. Quid consolare me? an quisq̃ vsq̃ gentiũ est æque miser?
Priusq̃ hanc vxorem duxi, habebam alibi animũ amori deditum
Iam in hac re vt taceam, cuiuis facile ẽ scitu q̃ fuerim miser.
Tamen nunq̃ ausus sum recusare eam, quã mihi obtrudit pater.
Vix me illinc abstraxi, atq; impeditum in ea expediui animũ meũ.
Vixq; huc cotulerã, hẽ noua res ortast, porro ab hac quæ me ab-
Tũ matrẽ ex ea re aut me vxorẽ ĩ culpa ĩuẽturũ arbitror, (strahat
Quod cũ ita esse inuenero, quid restat porro nisi vt fiam miser?
Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet.
Tum vxori obnoxius sum, ita olim suo me ingenio pertulit,
Tot meas iniurias quæ nunq; vllo patefecit loco.
Sed magnum nescio quid necesse est euenisse Parmeno.
Vnde ira inter eas intercessit, quæ tam permansit diu. **Par.**
Haud quidem hercle parumst, si vis vero veram rationem exequi,
Non maxumas, quæ maxumæ sunt interdum iræ iniurias
Faciunt, nam sepe est in quibus rebus alius ne iratus quidem est,
Cum de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.
Pueri inter sese q̃ pro leuibus noxis iras gerunt?
Pa. Quapropter? **Par.** qa eũ q̃ eos gubernat aĩm ĩfirmũ gerũt
Itidem ille mulieres sunt ferme, vt pueri leui sententia,
Fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit,
Pam. Abi parmeno intro, ac me venisse nuncia.
Par. hem quid hoc est? **Pam.** tace, (dũ ad fores
Pa. Trepidari sentio et, cursari sursum, rursum, prsum **Pa.** age
Accede propius, **Par.** hẽ sensistin? **Pam.** noli fabularier.
Proh Iupiter clamorẽ audio. **Par.** tute loqris, me vetas?

MYRRHINA, PAMPHILVS, PAPMENO

t Ace obsecro mea gnata **Pã.** matris vox visast Philumenæ
Nullus sum. **Par.** quid dum? **Pã.** qa perij, **Par.** quã ob rẽ

Parentũ iniuri[as] filijs ferendas [...]

Fabulor.

Pā. Nescio q̄d magnū malū p̄fecto Parmeno me celas (nescio,
Pr. vxorē Philumenā Pauitare nescio, q̄d dixerūt, id si forte est
Pā. Interij, cur mihi id nō dixti? **Par** q̄a nō poterā vna oīa
Pā. Quid morbi est? **Par** nec scio, **Pā** q̄d? nemon medicū
Par. nescio, **Pam.** (adduxit,
Cesso hinc ire intro, vt hoc ꝙprimum quicq̄d est certum sciam?
Quo nam modo Philomena mea nunc te offendam affectam?
Nam si periculum vllum in te est, perisse me vna haud dubiū est.
Pār Non visus facto est mihi nunc hunc intro sequi.
Nam inuisos omnis nos esse illis sentio.
Heri nemo voluit Sostratam intro admittere,
Si forte morbus amplior factus siet,
Quod sane nolim maxime heri causa mei,
Seruom ilico introisse dicent Sostratæ.
Aliquid tulisse cōminiscentur mali,
Capiti atq; ætati illorum morbus qui auctus siet,
Hera in crimen veniet, ego vero in magnum malum.

SOCRATA, PARMENO, PAMPHILVS,

n Escio quid iamdudum hic audio tumultuari misera,
Male metuo ne Philumenæ magis morbꝰ aggrauescat,
Quod te Aesculapi, & te salꝰ ne q̄d sit huiꝰ oro. (excludere? **So**
Nūc ad eā visā, **Pār** heus Sostrata, **So** hē, **Par** iterū istinc
Ehem Parmeno tun hic eras? perij, quid faciam misera.
Non visam vxorem Pamphi, cum in proximo hic sit ægra?
Par. Non visas, nec mittas quidem visendi causa quenquam,
Nam qui amat cui odio ipsus est, bis facere stulte dico.
Laborem inanem ipsus capit, & illi molestiam affert,
Tum autem filius introijt videre vt venit q̄d agat, **So.** (tias,
Quid ais? an venit Pāphilus? **Pār** venit, **So** dis habeo gra-
Hem istoc verbo animus mihi redijt, & cura ex corde excessit
Pam. Iam ea te causa maxime me huc nūc introire nolo,

Nam si remittet quidpiam Philumenæ dolores,
Omnem rem narrabit scio continuo sola soli,
Quæ inter vos interuenit, vnde ortumst initium iræ,
Atq; eccū video ipm̄ egredi, q̄ tristis est. Ho. o mi gnate, Pā
Mea mater salue, Ho. gaudeo venisse te saluū, saluan
Philumena est? Pā. meliuscula est, Ho vtinā istuc ita Di faxit.
Quid tu igit̄ lachrymas? q̄d es nūc tā tristis? Pā. recte mat̄. Ho.
Quid fuit tumulti? dic mihi, an dolor repēte iuasit? Pā Ita factū st.
Ho q̄d morbi est? Pā febris. Ho cottidiana? Pā. ita aiūt.
Id sodes intro consequar iā te mea mater? Ho. fiat. Pam.
Tu pueris curre Parmeno obuiam, atq; his onera adiuta. Par.
Quid? non sciunt ipsi viā domū qua redeant? Pam. cessas?

PAMPHILVS,

n Equeo mearum rerū initium vllū inuenire idoneum,
Vnde exordiar narrare, que nec opinanti acciderunt,
Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus,
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modo me intro vt corripui timidus, alio suspicans
Morbo me visurum affectam, ac sensi esse vxorem, hei mihi
Postq̄ me aspexere ancille aduenisse, illico omnes simul
Lætæ exclamant, venit, id quod me de repente aspexerant.
Sed continuo voltum earum sensi imutari omnium,
Quod tam incommo de illis fors obtulerat aduentum meum,
Vna illarum forte interea propere præcurrit nuncians
Me venisse, ego eius videndi cupidus, recta consequor.
Postq̄ introij, extemplo eius morbum cognoui miser.
Nam neq; vt celari posset, tempus, spatium vllum dabat.
Neq; voce alia, ac res monebat ipsa poterat conqueri.
Postq̄ aspexi, oh facinus indignum inquam, & corripui ilico,
Me inde lachrymans, incredibili re, atq; atroci percitus.
Mater consequitur, iam vt limen exirem ad genua accidit

Lachrymans misera, misertumst profecto hoc sic est vt puto.
Omnibus nobis, vt res dant sese, ita magni atq; humiles sumus.
Hanc habere orationem mecum a principio instituit.
O mi Pamphile abs te quam ob rem hæc abierit causam vides.
Nam vitium est oblatum virgini olim ah nescio quo improbo,
Nunc huc confugit, te, atq; alios partum vt celaret suum.
Sed cum orata eius reminiscor, nequeo quin lachrymem miser
Quæq; fors fortuna est inquit, nobis quæ te hodie obtulit.
Per eam te obsecramus ambæ, si ius si fas est vti,
Aduorsa eius per te tecta, tacitaq; apud omnes sient,
Si vnq̃ erga te animo esse amico sensisti, eam mi Pamphile
Sine labore hanc gratiam te vti sibi des pro illa nunc rogat,
Cæterum de reducenda id facias. quod in rem sit tuam,
Parturire eam, neq; grauidam esse ex te solus conscius.
Nam aiunt tecum post duobus concubuisse eam mensibus.
Tum postq̃ ad te venit, mensis iam hic agitur septimus,
Quod te scire ipsa indicat res, nunc si potis est Pamphile,
Maxime volo, doq; operam, vt clam partus eueniat patrem.
Atq; adeo omnis, sed si non potest id fieri quin sentiant,
Dicam abortum esse, scio nemini aliter suspectum fore,
Quin quod verisimile est, ex te recte eũ natũ putent.
Continuo exponetur. hic tibi nihil est quicq̃ incõmodi.
Et illi miseræ indignæ factam iniuriam contexeris,
Pollicitus sum, & seruare in eo certumst quod dixi fidem,
Nam de reducenda id vero neutiq̃ honestum esse arbitror,
Nec faciam, & si me amor grauiter, consuetudoq; tenet.
Lachrymo quæ post hac futura sit vita, cũ in mentem venit
Solitudoq;, o fortuna vt nunq̃ perpetuo es bona.
Sed iam prior amor ad hanc rem excitatum me reddidit
Quem ego tum consilio missum feci, idem nunc huic operã dabo.
Adest Parmeno cum pueris, hunc minime est opus

In hac re adesse, nam ollim soli credidi
Ea me abstinuisse in principio cum data est,
Vereor si clamorem eius hic crebro exaudiat,
Ne parturire eam intelligat, aliquo mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

PARMENO, SOSIA, PAMPHILVS,

a In tu tibi hoc incomodum euenisse iter? So.
Non hercle Parmeno verbis dici potest
Tantum, q̄ re ipsa nauigare incommodumst,
Par. Ita ne est? So. fortunate, nescis quid o mali
Preterieris, qui nunq̄ es ingressus mare.
Nam alias vt omittam miserias, vnam hanc vide.
Dies triginta, aut plus eo in naui fui.
Cum interea semper mortem expectabam miser.
Itaq; vsq; aduorsa tempestate vsi sumus.
Par. Odiosum. So. haud clā me est, deniq; hercle aufugerim
Potius q̄ redeam, si eo mihi redeundum sciam.
Par. Olim te quidem causæ impellebant leues,
Quod nunc minitare facere, vt faceres Sosia,
Sed Pāphilū ipsum video stare ante hostiū
Ite intro, ego hunc adibo siquid me velit.
Here etiā tu nūc hic stas? Pā. ego qdē te expecto. Par. quid est?
Pā. in arcē trāscurso op⁹ ē. Par. cui homini? Pā. tibi. Par.
In arcē? quid eo? Pā. Callidem idem hospitem
Myconiū. qui mecū vna aduectus est cōueni. Par.
Perij, vouisse hunc dicā, si saluus domū
Redisset vnq̄, vt me ambulando rumperet. Pā.
Quid cessas? Par. quid vis dicā? an cōueniā modo? Pā.
Immo quod constitui me hodie cōuenturū eum
Non posse ne me frustra illic expectet. vola. Par.
At non noui hominis faciem. Pā. at faciam vt noueris.

Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius.
Par. Cadauerosa facies, Dij illum perduint.
Quid si non veniet, maneam ne vsq; ad vesperum?
Pam. Maneto, curre, **Par.** non queo, ita defessus sum,
Pam. Ille abijt, quid agam infelix, prorsus nescio
Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myrrhina,
Suæ guatæ partum, nam me miseret mulieris,
Quod potero faciam, tamen vt pietatem colam.
Nam me parenti potius, q̃ amori obsequi
Oportet, atat eccum Phidippum, & patrem
Video, horsum pergunt, quid dicam hisce incertus sum.

LACHES, PHIDIPPVS, PAMPHILVS,

d Ixtin dudum dixisse illam se expectare filium? **Ph.**
Factū, **La.** venisse aiūt, redeat, **Pā.** quā cām dicā p̃ri.
Quā ob rē nō reducā nescio **La.** quę ego hic audiui loqui?
Pā. Certum obfirmare est viam, me quam decreui persequi.
La. Ipsus est. de quo hoc agebam tecum. **Pā.** salue mi pater.
La. Gnate mi salue. **Ph.** bene factū te aduenisse Pamphile
Atq; adeo q̄d maximū'st, saluom atq; validū, **Pam** creditur,
La. Aduenis mō? **Pā.** admodū. **La.** cedo, qd reliq̃t Phania
Cōsobrinus noster? **Pā.** sane hercle homo voluptati obsequens
Fuit dum vixit, & qui sic sunt. haud multū heredē adiuuant
Sibi vero hanc laudē reliquit, vixit dum, vixit bene. **La.**
Tum tu igit̃ nihil attulisti huc plus vna sententia? **Pā.**
Quicquid est, id quod reliquit profuit. **La.** immo obfuit.
Nam illū viuom, & saluom vellem. **Ph.** ĩpune optare istuc licet.
Ille reuiuiscet iam nunq̃. et tamē vtrū malis scio. **La.**
Heri Philumenā ad se accersi hic iussit. dic iussisse te. **Ph.**
Noli fodere latus, iussi. **La.** sed iā remittet eā. **Ph.** scilicet. **Pā.**
Omnē rē scio, vt sit gesta, aduenies, audiui oīa mō **La.**
At istos inuidos Dij p̄dant, qui hæc libenter nunciant. **Pā.**

Ego scio me cauisse, ne vlla merito contumelia
Fieri a vobis posset, idq; si nunc memorare hic velim
Quã fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui,
Vere possum, ni te ex ipsa id magis vellim rescíscere
Namq; eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides,
Cum illa quæ nunc in me iniqua est. æqua de me dixerit
Neq; culpa hoc euenisse dissidiũ mea, id testor deos,
Sed quando sese indignam putat matri meæ,
Cui cõcedat, cuiusq; mores toleret sua modestia,
Neq; alio pacto componi potest inter eas gratia
Segreganda aut mater est a me Phidippe, aut Philumena
Nunc me pietas matris potius cõmodũ suadet sequi. **La.**
Pamphile ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus.
Cum post putasse omnes res te præ parente intelligo.
Verũ vide ne impulsus ira praue insistas Pãphile? **Pã.**
Quibus iris impulsus nunc in illam iniquus sim?
Quæ nunq̃ quicq; erga me cõmeritast pater.
Quod nollem, & sæpe quod vellem meritam scio
Amoq;, & laudo, et vehementer desidero
Nam fuisse erga me miro ingenio expertus sum,
Illiq; exopto vt reliquã vitam exigat
Cum eo viro, me qui sit fortunatior.
Quãdo quidẽ illã a me distrahit necessitas. **Ph.**
Tibi id in manu est ne fiat. **La.** si sanus es satis
Iube illam redire. **Pã.** non est consilium pater.
Matris seruibo commodis. **La.** quo abis? mane
Mane inq̃. quo abis? **Ph.** quæ hæc est Pertinacia? **La.**
Dixin Phidippe hanc rem ægre laturũ esse eum?
Quã ob rem te orabã vt filiã remitteres. **Ph.**
Non credidi ædepol adeo inhumanũ fore
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat

Si est vt velit reducere vxorem licet
Sin alio est animo renumeret dotem. huc eat. La.
Ecce autem tu quoq; proterue iracundus es. Ph.
Percontumax redisti huc nobis Pamphile: La.
Decedet iam ira hæc, & si merito iratus es. Ph.
Quia paululum vobis accessit pecuniæ
Sublati animi adsunt, La. etiam mecũ litigas? Ph.
Deliberet, renuntietq; hodie mihi
Velit ne an non, vt alij, si huic non sit siet. La.
Phidippe ades. audi paucis. abijt, quid mea?
Postremo inter se transigant ipsi vt lubet.
Quando nec gnatus, neq; hic mihi quicq; obtemperant.
Quæ dico paruipendunt, porto hoc iurgium
Ad vxorem, cuius fiunt hæc consilio omnia.
Atq; in eam hoc omne quod mihi ægre est euomam

MYRRHINA. PHIDIPPVS.

Erij, qd agã? q̃ me vortã? qd meo viro respondebo
P Misera? nam audisse vocem pueri visus est vagiẽtis.
Ita corripuit de repente tacitus sese ad filiam
Quod si resciuerit peperisse eam, id qua causa clam me habuisse
Dícam? non ædepol scio,
Sed hostiũ concrepuit. credo ipsum ad mẽ exire, nulla sum. Ph.
Vxor vbi me ad filiã ire sensit. seduxit foras. atq; eccam
Video, quid agis Myrrhina? heus tibi dico. Mi. mihi ne mi vir?
Ph. Vir ego tuus sum? tu virũ me aut hominẽ deputas adeo esse
Nam si vtrũ vis horũ mulier vnq; tibi visus forem,
Non sic ludibrio tuis factis habitꝰ essem. My. qbus?
Ph. at rogitas? Peperit filia? hem taces?
Ex quo? My. istuc patrẽ rogitare est æquũ? perij, ex quo cẽses.
Nisi ex illo cui data est nuptum obsecro?
Ph. Credo, neq; adeo arbitrari patris est aliter, sed demiror

Quid sit, quā ob rē tantopere hunc oēs nos celare volueris
Partū, præsertim cum & recte et tēpore suo peperit.
Adeon peruicaci esse animo, vt puerū præoptares perire,
Ex quo firmiorē inter nos fore amicitiā posthac scires
Potius q̄ aduersus animi tui libidinē esset cū illo nupta?
Ego etiā illorū esse hāc culpā credidi, quæ te est penes. My
Misera sum. Ph. vtinā sciā ita esse istuc, sed nūc mihi i mētē venit,
Ex hac re quod locuta es olim, cū illū generū cœpimus.
Nam negabas nuptā filiam tuam posse te pati
Cū eo. q meretricē amaret, et qui pnoctaret foris. My.
Quāuis causam hūc suspicari, q̄ ipsam verā volo. Ph.
Multo prius sciui, q̄ tu illū amicā habere Myrrhina
Verū id vitiū nunq̄ decreui esse ego adulescentiæ,
Nā id oībus innatū st. at pol iam aderit tēpus se quoq; cū oderit
Sed vt olim te ostēdisti eādē esse nihil cessauisti vsq; adhuc
Vt filiā ab eo abduceres, neu quod ego egissem esset ratū,
Id nunc res indiciū hæc facit quo pacto factū volueris. My
Adeon me esse peruicacem censes cui mater siem,
Vt eo essem animo. si ex vsu esset nostro hoc matrimonium Ph.
Tunc prospicere. aut iudicare nostrā in rem quod sit potes?
Audistin ex aliquo fortasse qui vidisse eū diceret
Exeuntē, aut introeuntē ad amicā, quid tum postea
Si modeste ac raro hoc fecit? non ne ea dissimulare nos
Magis hūanū est, q̄ dare operā id scire qui nos oderit?
Nam si is posset ab ea sese repente auellere.
Qua cū tot cōsuescet annos, non eū hominē ducerē,
Nec virū satis firmū gnatæ. My mitte adulescentē obsecro
Et quæ me peccasse ais, abi, solū solus cōueni
Roga velit ne an non vxorē, si est. vt dicat velle se.
Redde, sin est aūt vt nolit, recte cōsului meæ gnatę Ph.
Siquidē ille ipse non volt, et tu sensisti esse in eo Myrrhina

Peccatũ,aderam cuius cõsilio ea par fuerat prospici.
Quã obrẽ incẽdor ira,te esse ausam facere hæc iniussu meo
Interdico tibi ne extulisse extra ædis puerũ vsq velis
Sed ego stultior meis dictis.qui parere hanc qui postulem,
Ibo intro,atq edicã seruis,ne quoq efferri sinant. **My**
Nullam pol credo mulierẽ me miseriorẽ viuere.
Nam vt hic laturus hoc sit,si ipsam rem,vt siet,resciuerit,
Non ædepol clã me est.cũ hoc q̃d leuius sit tam anĩo iracũdo tulit.
Nec qua via sententia eius mutari possit scio
Hoc mihi vnũ ex plurimis miserijs reliquũ fuerat malũ
Si puerũ vt tollam cogit.cuius nos qui sit nescimus pater
Nam cũ cõpressa est gnata.forma in tenebris nosci nõ quita est.
Neq detractũ ei tũ quicq est q post possit noscier qui siet
Ipse eripuit vi in digito,quẽ habuit virgini abiens anulũ,
Simul vereor Pãphilũ ne orata nostra nequeat diutius
Celare,cum sciet alienũ puerũ tolli pro suo.

SOSTRATA, PAMPHILVS.

On clã me est mi gnate tibi me esse suspectã,vxorẽ tuam
Propter meos mores hĩc abisse.et si ea dissimulas sedulo
Verũ ita me Di ament,itaq obtingant ex te quæ opto mihi
Vt nunq̃ sciens cõmerui merito,vt caperet odiũ illa mei
Teq.anteq̃ me valde amare rebar.ei rei firmasti fidem.
Nam mihi intus tuus pater narrauit modo,q̃ pacto me habueris
Præpositã amori tuo,nunc tibi me certũ est contra gratiã
Referre,et apud me præmiũ esse positũ pietati scias
Mi Pãphile hoc vobis,& meæ cõmodũ famæ esse arbitror.
Ego rus abiturã hinc,cũ tuo me esse certe decreui patre
Ne mea præsentia obstet,neu causa vlla restet reliqua.
Quin tua Philumena ad te redeat. **Pa.** quæso q̃d istuc cõsilij est?
Illius stulticia victa,ex vrbe,tu rus habitatũ migres?
Haud facies,neq sinã.vt qui nobis mater maledictũ velit

Mea pertinacia dicat esse factũ haud tua modestia
Tum tuas amicas te,& cognatas deserere.et festos dies
Mea causa nolo. So. nihil iam mihi istæc res voluptatis ferũt.
Dũ ætatis tẽpus tulit,perfuncta satis sum.sacietas iam me tenet
Studiorũ istorũ,hæc mihi nunc cura est maxima,vt ne cui mea
Longinquitas ætatis obstet,mortẽ ne exoptet meam.
Hic video me esse inuisam immerito.tempus est cõcedere
Sic optime vt ego opinor om̃is causas præcidã om̃ibus
Et me hac suspitione exoluã.& illis morẽ gessero
Sine me obsecro hoc effugere,volgꝰ q̃d male audit mulierũ. Pa.
Quã fortunatus cæteris sum rebus absq; vna hæc foret.
Hãc matrẽ habẽs talẽ illã aũt vxorẽ. So. obsecro mi Pãphile,
Non tu te rem incõmodã vt quæq; est in animũ inducas pati.
Si cætera sunt ita vt tu vis,itaq; vt esse ego illam existimo
Mi gnate da veniã hãc mihi,reduc illã. Pa. ve misero mihi So.
Et mihi quidẽ. nã hæc res nõ minus me male habet q̃ te gnate mi,

LACHES. SOSTRATA. PAMPHILVS.

Vẽ cũ istoc sermonẽ habueris.ꝓcul hic stãs accœpi vxor
Istuc est sapere,q̃ vbicũq; opus sit animũ possis flectere.
Quod faciũdũ fortasse sit post, idẽ hoc nunc si feceris. So.
Fors fuat pol. La. abi rus ergo hic.ibi ego te,& tu me feres So.
Spero ecastor. La. I.ergo intro,& cõpone quæ simul tecũ
Ferant.dixi. So. ita vt iubes faciã. Pa. pater. La. (uis: Pa.
Quid vis Pãphile? Pa. hinc abire mrẽm?mĩme. La. q̃d ita istuc
Quia de vxore incertus sum etiã quid sim facturꝰ. La. quid est?
Quid vis facere,nisi reducere? Pa. equidẽ cupio.& vix cõtineo,
Sed non minuã meũ cõsiliũ,ex vsu quod est id persequar.
Credo ea gratia cõcordes magis.si non reducã fore. La.
Nescias nequeas, verũ id tua refert nihil vtrũ illæ fecerint.
Quando hæc abierit,odiosa hæc est ætas adulescẽtulis.
E medio æquũ est excedere,postremo iam nos fabulæ sumus

Pamphile senex atq; anus sed video Phidippum p tẽpus egredi,
Accedamus,

PHIDIPPVS LACHES PAMPHILVS

Ibi quoq; ædepol sum iratus Philumena
Grauiter quidẽ,nã hercle abs te factumst turpiter
Et si tibi causa est de hac re mater, quæ te impulit
Huic vero nulla est **La.** oportune te mihi
Phidippe in ipso tẽpore ostendis, **Ph.** quid est. **Pam.**
Quid respondebo his? aut quo pacto hoc aperiam? **La.**
Dic filiæ rus concessuram hinc Sostratam
Ne reuereatur minus iam quo redeat domũ. **Ph.** ah
Nullã de his rebus culpam cõmeruit tua.
A Myrrhina hæc sunt mea vxore exorta oĩa.
Mutatio fit,ea nos perturbat Laches. **Pa.**
Dum ne reducam,turbent porro q̃ velint. **Ph.**
Ego Pamphile esse inter nos si fieri potest
Affinitatem hanc sane perpetuam volo
Sin est vt aliter tua siet sententia,
Accipias puerũ. **Pa.** sensit peperisse,occidi **La.**
Puerũ? quẽ puerũ? **Phi.** natus est nobis nepos
Nam abducta a vobis pregnãs fuerat filia
Neq; fuisse pregnatẽ vnq̃ ante hanc sciui diem. **La.**
Bene (ita me Di ament) nuncias.et gaudeo
Natũ illũ,et illã saluam,sed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Nos ne hoc celatos tam diu? nequeo satis
Quam hoc mihi videt̃ factũ praue,ꝓloqui. **Ph.**
Non tibi illud factũ minus placet,q̃ mihi Laches. **Pa.**
Et si iamdudũ fuerat ambiguũ hoc mihi
Nunc non est cum eam iam cõsequit̃ alienus puer. **La.**
Nulla tibi Pamphile hic iam cõsultatio ẽ. **Pa.**

Perij. LA. hunc videre sæpe optabamus diem.
Cū ex te esset aliquis, qui te appellaret patrē.
Euenit, habeo gratiā Dis. PĀ. nullus sum. LA.
Reduc vxorem. ac noli aduorsari mihi. PĀ.
Pater si ex illa me liberos vellet sibi
Aut se esse mecum nuptam, satis certo scio.
Non me clam haberet, quæ celasse intelligo
Nunc cū eius alienū esse a me animū sentiam
Nec cōuenturū inter nos posthac esse arbitror.
Quā ob rem reducā? LA. mater quod suasit sua.
Adulescens mulier fœcit, mirandū ne id est?
Censen te posse reperire vllam mulierē
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri? PH.
Vosmet videte iam Laches. & tu Pamphile.
Remissan. opus sit vobis, an reducta domū,
Vxor quid faciat in manu non est mea
Neutra in re vobis difficultas a me erit
Sed quid faciem⁹ de puero? LA. ridicule rogas,
Quicquid futurumst huic reddas suum scilicet,
Vt alamus nostrū, PĀ. quem ipse neglexerit pater
Ego alam? LA. quid dixti. eho an non alemus Pamphile?
Prodemus quæso potius? quæ hæc amentia est?
Enimuero prorsus iam tacere nequeo
Nam cogis ea quæ nolo. vt præsente hoc loquar,
Ignarum censes tuarū lachrymarum esse me?
Aut quid sit hoc q̄d sollicitare ad hunc modū?
Primū vbi hanc dixti causam te propter tuam
Matrem non posse habere hanc vxorē domi,
Pollicita est ea se cōcessuram ex ædibus,
Nunc postq̄ adeptam quoq; hanc tibi causam vides,
Puer quia clam te natus est. nactus alteram es,

Erras, tui animi si me esse ignarū putas,
Aliquando tandem huc animum vt adiungas tuum,
Quam longum spacium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus quos fecisti in eam. quam animo equo tuli?
Egi, atq; oraui te vxorem vt duceres.
Tempus dixi esse, impulsu duxisti meo.
Qui tum obsecutus mihi fecisti vt decuerat.
Nunc animum rursum ad meretricem induxiti tuum.
Cui tu obsecutus facis huic adeo iniuriam
Mam in eandem vitam te reuolutum denuo
Video esse. **Pā.** me ne? **La.** te ipsum, & facis iniuriam
Cū fingis falsas causas ad discordiam.
Vt cum tu illa viuas, testem hanc cum abs te amoueris.
Sensitq; adeo vxor, nam ei alia causa quæ fuit.
Quam ob rem abs te abiret? **Ph.** plane hic diuinat, nam id est,
Pam. Dabo iusiuradum nihil esse istorum tibi. **La.** ah,
Reduc vxorem, aut quam ob rem non opus sit cedo.
Pam. Non est nunc tempus, **La.** puerū accipias, nā is quidē
In culpa non est, post de matre videro,
Pā. Omnibus modis miser sum, nec quid agam scio
Tot nunc me rebus miserum concludit pater.
Abibo hinc, præsens quando promoueo parum,
Nam puerum credo iniussu non tollent meo.
Præsertim in ea re cum sit mihi adiutrix Socrus.
La. Fugis? hem nec quicq; certi respondes mihi
Num tibi videtur esse apud sese? sine
Puerum Phidippe mihi, cedo ego alam. **Ph.** maxime.
Non mirum fecit vxor mea si hoc ægre tulit,
Amare mulieres sunt, non facile hæc ferunt.
Propterea hæc irast, nam ipsa narrauit mihi,
Id ego præsente hoc tibi nolebam dicere.

Neq͂ illi credebã primo. nunc vero palamst.
Nam om̃ino abhorrere animũ huic video nuptijs. La.
Quid ergo agã Phidippe? quid das cõsilij? Ph.
Quid agas? meretricẽ hanc primũ adeundã censeo
Oremus, accusem⁹, graui⁹, deniq͂ minitemur. si cũ illo habuerit rem
Faciã vt mones, eho puer curre ad Bacchidẽ hãc (postea. La.
Vicinã nostram. huc euoca verbis meis
Et te oro porro in hac re adiutor sis mihi. Ph. ah
Iamdudum dixi, idemq͂ nunc dico Lache.
Manere affinitatẽ hanc iñter nos volo
Si vllo modo est vt possit quod spero fore
Sed vis me adesse vna dum istã conuenis? La.
Immo vero abi, aliquã puero nutricẽ para.

BACCHIS. LACHES.

On hoc de nihilost. q͂ Laches nũc me cõuetã ẽẽ expetit
Nec pol me multũ fallit. qn q̃d suspicor sit, q̃d velit. La.
Videndũ est ne nimis propter iram hãc impetrẽ, q͂ possiem.
Aut ne quid faciã plus. quod post me min⁹ fecisse satius sit.
Aggrediar. Bacchis salue. Ba. salue Laches La. credo ædepol te
Non nihil mirari Bacchis. q̃d sit. quapropter te huc foras
Puerum euocare iussi. Ba.
Ego pol q̃q͂ etiã timida sum. cũ venit mihi in mentẽ quæ sim.
Ne nomen quæstus mihi obstet, nam mores facile tutor. La.
Si vera dicis. nihil tibi pericli est a me mulier. nam
Iam ea ætate sum vt non sit peccato mihi ignosci æquum,
Quo magis omnes res cautius ne temere faciam accuro.
Nam si id nunc facis, factura ve es, bonas q̃d par est facere inscitũ
Offerre iniuriam tibi me immerenti iniquum est. Ba.
Est magna ecastor gratia de hac re quam tibi habeam,
Nam qui post factam iniuriam se expurget, parum mihi prosit,
Sed q̃d istuc ẽ? La. meũ receptas filiũ ad te Pãphilũ. Ba. ah La.

Sine dicam, vxorem hanc priusq̃ duxit vestrum amorem pertuli.
Mane, nondum etiam dixi id quod volui, hic nunc vxorē habet.
Quære alium tibi amicum firmiorem dum tempus consulendi est.
Nam neq; ille hoc animo erit, neq; pol tu eadem istac ætate. **Ba.**
Quid id agit? **La.** socrus. **Ba.** me ne? **La.** teipsam, et filiā ab
Puerūq; ob eā rē clā voluit, q nat⁹ est extiguere. **Ba.** (duxit suā
Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possim fidem,
Sanctius q̃ iusiurandum id pollicerer tibi Laches
Me segregatum habuisse vxorem vt duxit a me Pamphilū. **La.**
Lepida es, sed scin quod volo potius facias? **Ba.** quid vis cedo.
La. Eas ad mulieres huc intro, atq; istuc iusiurandum idem
Polliceare illis, exple animum his. teq; hoc crimine expedi.
Ba. Faciā, q̃d pol si esset alia ex hoc quæstu haud faceret scio,
Vt de tali causa nuptæ mulieri se ostenderet.
Sed esse falsā fama nolo gnatum suspectum tuum,
Nec leuiorem vobis, quibus est minime æquom viderier
Immerito, nam meritus de me est, quod queā illi vt commodem.
La. Facilem, beneuolumq; lingua tua iam tibi me reddidit.
Nam non sunt solæ arbitratæ hæ, ego quoq; hoc etiam credidi,
Nunc autem cum ego te esse præter nostram opinionē comperi,
Fac eadem vt sis, porro nostra vtere amicitia vt voles.
Aliter si facias, sed reprimam me, ne ægre quicq̃ e me audias.
Verum te hoc moneo vnum, qualis sim amicus, aut quid possiem
Potius q̃ inimicus periculum facias. **Ba.** faciam sedulo.

PHIDIPPVS, LACHES. BACCHIS

n Ihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus sit
Benigne præbeatur.
Sed cum tu satura, atq; ebira eris puer vt satur sit facito.
La. Noster socer video venit, puero nutricem adduxit.
Phidippe Bacchis deierat persancte, **Ph.** heccine ea est? **L.** hec ē.
Ph. nec pol istæ metuūt deos, neq; has respicere deos opinor. **B.**

Ancillas dedo quolibet cruciatu per me exquirere,
Licet hæc res hic agitur, Pamphilo me facere vt redeat vxor
Oportet, quod si perficio, non pœnitet me famæ.
Solam fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitant.
La. Phidippe nostras mulieres suspectas fuisse falso,
Nobis in re ipsa inuenimus, porro hanc nunc experiamur,
Nam si compererit crimini, tua se falso vxor credidisse,
Missam iram faciet, sin antem est ob eam rem iratus gnatus.
Quod peperit vxor clam, id leue est, cito ab eo hæc ira abscedet.
Profecto in hac re nihil mali est. q̄d sit discidio dignū, **Ph.**
Velim q̄dē hercle, **La.** exq̄re, adest, q̄d satis sit, faciet, **Ba.** faciā.
Ph. Quid istæc mihi narras? an quia non tu ipse audisti dudū.
De hac re ai⁹ me⁹ vt sit laches, illis mō exple animū vt credāt, **La.**
Quæso ædepol Bacchis, q̄d mihi es pollicita tu te vt serues, **Ba.**
Ob eam rem vis vt ego introeam?
La. I, atq; exple animum his, coge vt credāt, **Ba.**
Eo, & si scio pol his fore meum conspectum inuisum hodie,
Nam nupta meretrici hostis est, a viro vbi segregata est.
La. At he amicæ erunt, vbi q̄ ob rem adueneris rescifcent.
Ph. Atq; easdem amicas fore tibi promitto rem vbi cognouerit
Nam illas errore, & te simul suspicione exolues.
Ba. Perij, pudet Philumenæ, sequimini me intro ambæ.
La. Quid est quod mihi malim, q̄ quod huic intelligo euenire?
Vt gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi vna prosit?
Nam si est, vt hæc nunc Pamphilum vere ab se segregarit,
Scit sibi nobilitatem ex eo, & rem natam, & gloriam esse,
Referetq; gratiam ei, vnaq; nos sibi opera amicos iunget.

PARMENO, BACCHIS,

a Edepol næ meā herus esse operam deputat parui pretij,
Qui ob rem nullā mansit frustra, vbi totū desedi diem,
Myconium hospitem dum expecto in arce Calidemidem?

Itaqꝫ ineptus hodie dum illic sedeo, vt quisqꝫ venerat
Accedebam, adulescens dicdum quæso es tu Myconius?
Non sum, at Callidemides? non, hospitem ecquem Pamphilum
Hic habes? omnes negabant, neqꝫ enim quenq̃ esse arbitror.
Deniqꝫ hercle iam pudebat, abij, sed quid Bacchidem
Ab nostro affine exeuntem video? quid huic est rei?
Ba. Parmeno oportune te offeres, propere curre ad Pamphilũ,
Par. Quid eo? **Ba.** dic me orare vt veniat, **Par** ad te?
Ba. Immo ad Philumenam. **Par.** Quid rei est?
Ba. tua quod nihil refert percontari desinas, **Par.**
Nihil aliud dicam? **Ba.** etiam cognosse anulum Myrrhinam
Gnatæ suæ fuisse, quem ipsus mihi olim dederat, **Par.** scio,
Tantum ne est? **Ba.** tantũ aderit cõtinuo, hæc vbi ex te audierit,
Sed cessas? **Par.** minime eqdẽ, nã hodie mihi potestas haud da-
Ita cursando, atqꝫ ambulando totũ hunc contriui diem (tast.
Ba. Quantam obtuli aduentu meo lætitiam Pamphilo
Hodie? quot commodas res attuli, quot autem ademi curas?
Gnatum ei restituo, qui pene harum ipsiusqꝫ opera perijt.
Vxorem quam nunq̃ est ratus posthac se habiturum, reddo,
Qua re suspectus suo patri, & Phidippo fuit, exolui.
Hic adeo his rebus anulus fuit initium inueniundis.
Nam memini ab hinc menses decem fere ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum, sine comite, vini plenum,
Cum hoc anulo, extimui ilico, mi Pamphile inq̃ amabo.
Quid exanimatus es obsecro? aut vnde anulum istum nactus?
Dic mihi, ille alias res agere se simulare. postq̃ video
Nescio quid suspicarier, magis cœpi instare vt dicat.
Homo se fatetur vi in via virginem nescio quam compressisse.
Dicitqꝫ sese illi anulum dum luctat̃ detraxisse.
Eum hæc cognouit Myrrhina in digito modo me habentem.
Rogat vnde sit, narro omnia hæc, inde est cognitio facta

Philumenam esse compressam ab eo, & filium inde hunc natum.
Hæc tot propter me gaudia illi contigisse lætor
Et si hoc meretrices aliæ nolũt, neqͅ eñi est in rem nostrã.
Vt quisqͅ amator nuptijs lætet. verum ecastor
Nunqͅ animũ quæsti gratia ad malas adducã partes.
Ego dũ illo licitumst vsa sum benigno, et lepido, et comi,
Incõmode mihi de nuptijs euenit factũ. fateor
At pol me fecisse arbitror ne merito mihi eueniret
Multa ex quo fuerint cõmoda eius, incõmoda æquumst ferre

PAMPHILVS. PARMENO. BACCHIS. (leris

v Ide mi Parmẽo etiã sodes, vt mihi hæc certa et clara attu=
Ne me in breue hoc cõijcias tempus, gaudio hoc falso frui. Par.
Visum est. Pã. certon? Par certe. Pã. deus sum si hoc itast.
Par. verum reperies. Pã.
Manedũ sodes, timeo ne aliud credã, atqͅ aliud nuncies. Par
Maneo. Pã. sic te dixisse opinor, inuenisse Myrrhinã
Bacchidẽ anulũ suũ habere Par. factũ. Pã. eũ quẽ olim ei dedi
Eaqͅ hoc te mihi nũciare iussit, ita ne est factũ? Par. ita inq̃. Pã.
Quis me est fortunatior? venustatisqͅ adeo plenior? ego ne te
Pro hoc nuncio qd donẽ? qd? nescio, Par. at ego scio? Pã.
Quid? Par nihil eñi, nã neqͅ ĩ nũcio, nec ĩ me ipo boni qd sit, scio
Pã. Egon qui ab Orco mortuũ me reducẽ in lucem feceris.
Sinã sine mũere a me abire? ah nimiũ me ignauom putas,
Sed bacchidem eccam video stare ante hostiũ
Me expectat credo, adibo. Ba. salue Pamphile. Pã.
O Bacchis, o mea Bacchis, seruatrix mea. Ba.
Bene factũ, et volupe est. Pã. factis vt credã facis
Antiquãqͅ adeo tuam venustatem obtines,
Vt voluptati obitus, sermo, aduentus tuus quocũqͅ adueneris,
Semp siet. Ba. at tu ecastor morẽ antiquũ, atqͅ ingeniũ obtines,
Vt vnus hominũ homo te viuat nunqͅ quisqͅ blãdior. Pã.

Ah,ah,he,tum mihi istuc? Ba.recte amasti Pāphile vxorē tuā,
Nam nunq̄ ante hūc diē meis oculis eam quod nossem videram.
Perliberalis visa ē. Pā dixti verū Ba.ita me Di amēt Pāphile,
Pā. Dic mihi harū rerū nūqd dixti iā patri?
Ba.nihil. Pā.neq; opus est.
Adeo mutito,placet non fieri hoc itidem, vt in comœdijs
Omnia omnes vbi resciscunt,hi quos par fuerat resciscere
Sciunt.quos non aūt scire æquumst,neq; resciscunt, neq; scient
Immo etiam hoc qui occultari posse facilius credas dabo.
Myrrhina ita Phidippo dixit iureiurando meo
Se fidē habuisse,et ,ppterea te sibi purgatū, Pā.optumest,
Speroq; hanc rem euenturā nobis ex sententia. Par.
Here licet ne me scire ex te hodie quid sit? quid feci boni?
Aut q̄d istuc est q̄d vos agitis? Pā.nō licet, Par.tū suspicor
Egon hunc ab Orco mortuū quo pacto? Pā.nescis Parmeno,
Quātū hodie ,pfueris mihi,& ex quāta ærūna me extraxeris Par
Immo vero scio,neq; hoc imprudens fœci.
Pā.ego istuc satis scio Par.
An temere quicq̄ Parmenonē prætereat, q̄d facto vsus sit? Pā.
Sequere me intro Parmeno. Par.sequor,eqdē plus hodie boni
Feci imprudens.q̄ sciens ante hunc diem vnq̄

VALETE ET PLAVDITE CALLIOPIVS Recensui,

ACTA LVDIS ROMANIS.L.POSTHVMIO
LV, CORNELIO MERVLA. AEDILIB.
CVR,EGERE LV, AMBIVIVS TVR-
PIO,LV, ATTILIVS, PRENESTI-
NVS,MODOS FECIT FLAC
CVS CLAVDII, TIBIIS IM-
PARIBVS,TOTA GRE
CA APOLLODORI,
EPIDICAZOME-
NOS ACTA
QVARTO
CN,FAN
NIO.M,VA,COSS.

TERENTII,

FABVLE INTERLOCVTORES,

Phormio	Parasitus,
Chremes	
Demipho	Senes,
Phædria,	
Antipho	Adulescentes.
Dauus	
Geta	Serui.
Sophrona	Nutrix
Dorio	Leno,
Hegio,	
Cratinus.	
Crito	Aduocati.

C,SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

Hremetis frater aberat peregere. Demipho
Relicto Athenis Antiphone filio
Chremes clam habebat lemni vxorem, et filiam,
Athenis aliam coniugem, & amantem vnice
Gnatum fidicinam, mater e lemno aduenit
Athenas, morit, virgo sola, aberat Chremes.
Funus procurat, ibi eam visam Antipho
Cum amaret, opera parasiti vxorem accipit.
Pater, et Chremes reuersi fremere, de in minas
Triginta dant parasito. vt illam coniugem
Haberet ipse, argento hoc emitur fidicina,
Vxorem retinet Antipho a patruo agnitam.

Aberat egre.

PROLOGVS,

Postq̃ poeta vetus poetam non potest
Retrahere a studio, & tradere hominem in ocium.
Maledictis deterrere ne scribat, parat
Qui ita dictitat, quas antea fecit fabulas
Tenui esse oratione, et scriptura leui.
Quia nusq̃ scripsit insanum adulescentulũ
Ceruam videre. fugere, & sectari canes,
Et eam plorare, orare vt subueniat sibi.

Quod si intelligeret cum stetit olim noua
Actoris opera magis stetisse q̃ sua,
Minus multo audacter q̃ nunc lædit læderet,
Et magis placerent quas fecisset fabulas.
Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet,
Vetus si poeta non lacesset prior,
Nullum inuenire prologum potuisset nouus
Quem diceret, nisi haberet cui malediceret.
Is sibi responsum hoc habeat, in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.
Ille ad famem hunc ab studio studuit reijcere.
Hic respondere voluit non lacessere.
Benedictis si certasset audisset bene.
Quod ab ipso allatumst, sibi esse id relatum putet:
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipse de se finem non facit
Nunc quid velim animũ attendite, apporto nouam
ΕΠΙΔΙΚΑΖΩΜΕΝ, quam vocant comœdiã
Græci. Latini Phormionem nominant
Quia primas partis qui aget, is erit Phormio
Parasitus, per quem res agetur maxime.
Voluntas vestra si ad poetam accesserit.
Date operã, adeste æquo animo per silentium,
Ne simili vtamur fortuna, atq̨ vsi sumus,
Cum per tumultũ noster grex motus loco est
Quem actoris virtus nobis restituit locum.
Bonitasq̨ vestra adiutans, atq̨ æquanimitas

DAVVSSERVVS,

Amicus summus meus, et popularis Geta
Heri ad me venit, erat ei de ratiuncula
Iampridem apud me reliquum pauxillulum

Numorum, id vt conficerem. confeci. affero,
Nam herilem filium eius duxisse audio
Vxorem, ei credo munus hoc corraditur,
Quam inique cōparatū est, hi qui minus habent,
Vt semper aliquid addant diuitioribus,
Quod ille vnciatim vix demenso suo
Suum defraudans geniū compársit miser
Id illa vniuersum abripiet, haud existimans.
Quanto labore sit partum, porro aūt Geta
Ferietur alio munere vbi hera pepererit,
Porro alio autem vbi erit puero natalis dies.
Vbi initiabunt. omne hoc mater auferet.
Puer causa erit mittundi, sed videon Getam?

GETA, DAVVS,

I quis me quæret rufus, Da. presto st. desine, Ge. oh,
At ego obuiā conabar tibi Daue, Da. accipe, hem.
Lectum st, conueniet numerus quantū debui, Ge.
Amo te, & non neglexisse habeo gratiā, Da.
Præsertim vt nunc sunt mores, ad hoc res redit
Si quis quid reddit magna habenda st gratia
Sed quid tu es tristis? Ge. ego ne? nescis quo in metu, &
Quanto in periculo sim? Da. quid istuc est? Ge. scies,
Modo vt tacere possis. Da. abi sis insciens
Cuius tu fidem in pecunia perspexeris
Verere verba ei credere, vbi quid mihi lucri est.
Te fallere? Ge. ergo ausculta. Da. hāc operā tibi dico. Ge.
Senis nostri Daue fratrē maiorem Chremen,
Nostin? Da. qd ni: Ge. qd? eius gnatū Phædriā? Da.
Tanq̄ te. Ge. euenit senibus ambobus simul,
Iter, illi in lemnū vt iret, nostro in Ciliciam
Ad hospitem antiquom, is senem per epistolas
Pellexit, modo non montis auri pollicens. Da.

Modo non.

Cui tanta erat res. & supererat: **Ge.** desinas.
Sic est ingenium. **Da.** oh regē me esse oportuit. **Ge.**
Abeuntes ambo hinc tum senes. me filijs
Relinquunt, quasi magistrū, **Da.** o Geta prouinciā
Cœpisti duram. **Ge.** mihi vsu venit hoc scio.
Memini relinqui me deo irato meo
Cœpi aduersari primo, quid verbis opus est?
Seni fidelis dum sum scapulas perdidi. **Da.**
Venere in mentem istæc mihi, nam quæ inscitiast
Aduorsum stimulum calces. **Ge.** cœpi his omnia
Facere, obsequi quæ vellent, **Da.** Scisti vti foro.
Ge. Noster mali nihil quicq̄ primo, hic phedria
Continuo quandam nactus est puellulam
Citharistriam, hanc amare cœpit perdite,
Ea seruiebat Lenoni impurissimo,
Neq̧ erat quod daretur quicq̄, id curarant patres.
Restabat aliud nihil. nisi oculos pascere,
Sectari in ludum ducere, & reducere.
Nos ociosi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc discebat ludo, ex aduorsum ei loco
Tonstrina erat quædam, hic solebamus fere
Plerumq̧ eam operiri, dum inde iret domum,
Interea dum sedemus illic. interuenit
Adulescens quidam lachrymans, nos mirarier.
Rogamus quid sit, nūq̄ æque inquit ac modo
Paupertas mihi onus visumst, & miserum, & graue.
Modo q̄ndam vidi virginem huic viciniæ
Miseram, suam matrem lamentari mortuam.
Ea sita erat ex aduerso, neq̧ illi beneuolens.
Neq̧ notus, neq̧ cognatus, extra vnam aniculam,
Quisq̄ aderat, qui adiuuaret curare funus, misertumst.

Virgo ipsa facie egregia, quid verbis opust?
Commorat omnes nos, ibi continuo Antipho,
Voltis ne eamus visere? alius censeo
Eamus, duc nos sodes, imus, venimus,
Videmus, virgo pulchra, & quo magis diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem,
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida,
Lachrymæ, vestitus turpis, vt ni vis boni
In ipsa inesset forma. hæc formam extinguerent.
Ille qui illam amabat fidicinam, tantummodo
Satis inquit scitast, noster vero? **DA.** iam scio
Amare cœpit. **GE.** scin quã, quo euadat vide,
Postridie ad anum recta pergit, obsecrat.
Vt sibi eius faciat copiam, illa enim se negat,
Neqꝫ eum æquom ait facere, illam ciuem esse atticam
Bonam bonis prognatam. si vxorem velit
Lege id licere facere, sin aliter, negat.
Noster quid ageret nescire, & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem,
DA. Num si redisset pater ei veniam daret?
GE. Ille ne indotatam virginem, atqꝫ ignobilem
Daret illi? nunq̃ faceret. **DA.** quid fit deniqꝫ?
GE. Quid fiat? est parasitus quidam Phormio.
Homo confidens, qui illum Di omnes perduint,
DA. Quid is fecit? **GE.** hoc consilium quod dicam dedit
Lex est, vt orbe qui sint genere proximi,
His nubant, & illos ducere eadem hæc lex iubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam,
Paternum amicum me assimulabo virginis.
Ad iudices veniemus, qui fuerit pater,
Quæ mater, quæ cognata tibi sit, omnia hæc

Confingã,quod erit mihi bonũ,atq̃ cõmodũ.
Cum tu horum nihil refelles vincam scilicet.
Pater aderit,mihi paratæ lites. quid mea?
Illa quidẽ nostra erit. **Da.** iocularem audaciã. **Ge.**
Persuasit homini,factumst,ventumst,vincimur.
Duxit. **Da.** q̃d narras? **Ge.** hoc q̃d audis. **Da.** o Geta
Quid de te futurũst? **Ge.** nescio hercle,vnũ hoc scio
Quod fors feret,feremus æquo animo. **Da.** placet.
Hem istuc viri est officiũ. **Ge.** in me omis spes est mihi. **Da.**
Laudo. **Ge.** ad præcatorẽ abeam.credo qui mihi
Sic oret,nunc omitte quæso hunc,cæterum
Posthac si quicq̃,nihil præcor,tantummodo
Non addit,vbi ego hinc abiero,vel occido. **Da.**
Quid ille pedagogus,qui cytharistriam.
Quid rei gerit? **Ge.** sic tenuiter. **Da.** non multũ habet
Quod det fortasse? **Ge.** immo nihil nisi spem merã. **Da.**
Pater eius redit an non? **Ge.** nondũ. **Da.** quid? senem
Quoad expectatis vestrũ? **Ge.** non certum scio.
Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modo
Et ad portitores esse delatam,hanc petam. **Da.**
Nunquid Geta aliud me vis? **Ge.** vt bene sit tibi.
Puer heus.nemon huc prodit?cape,da hoc Dorcio,

PORTITOR

ANTIPHO. PHEDRIA,

Deon rem redisse,vt q mihi cõsultũ optime velit esse
a Phædria,patrẽ vt extimescã.vbi in mẽtẽ ei9 adueti venit?
Quod ni fuissem ĩcogitãs,ita eũ expectarẽ,vt par fuit. **Ph.**
Quid istuc ẽ? **An.** rogitas? q tã audacis facinoris mihi cõsci9 sis?
Quod vtinã ne Phormioni id suadere in mente incidisset,
Neu me cupidũ eo cõpulisset,quod mihi principiumst mali.
Si non potitus essem,fuisset tum illud mihi ægre p aliquot dies,
At non q̃ttidiana cura hæc angeret animũ. **Ph.** audio **An.**

Dum expecto q̄ mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinē
Ph. Alijs quia desit, quod amant ægre est, tibi q̄a superest, dolet
Amore abundas Antipho.
Nam tua quidem hercle certo vita hæc expetenda, optandaq; est.
Ita me Di bene ament, vt mihi liceat tamdiu quod amo frui.
Iam depacisci mortem cupio, tu conijcito cætera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia,
Vt ne addam, q̄ sine sumptu ingenuam, ac liberalem nactus es.
Quod habes ita vt voluisti vxorem sine mala fama, palam
Beatus, ni vnum hoc desit, animus qui modeste istæc ferat.
Quod si tibi res sit cum eo Lenone, quo cum mihi est. tum sentias.
Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet,
An. At tu mihi contra nunc videre fortunatus Phædria.
Cui de integro est potestas etiam cōsulendi quid velis
Retinere, amare, amittere, ego in eum incidi infelix locum,
Vt neq; mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia,
Sed quid hoc est? videon ego Getā currentem aduenire huc?
Is est ipsus, hei timeo miser, quam hic mihi nunc rem nunciet.

GETA, ANTIPHO, PHEDRIA,

Nullus es Geta, nisi aliq̄d iā tibi cōsilium celere repereris
Ita nunc imparatum subito tanta te impendent mala,
Quæ neq; vti deuitem scio, neq; quo modo me inde extraham.
(Nam non potest celari nostra diutius iam audatia)
Quæ si non astu prouidentur, me aut herum pessundabunt,
An. Quidnā ille cōmotus venit? **Ge.** tū tēporis punctum mihi,
Ad hanc rem est, herus adest, **An.** quid istuc mali est?
Ge. Quid quū audierit, quod eius remediū inueniā iracūdiæ?
Loquar ne? incendam? taceam? instigem? purgem? laterem lauē,
Eheu me miserum cum mihi paueo, tū Antipho me excruciat, anī
Eius miseret, ei nunc timeo, is nunc me retinet, nā absq; eo esset,
Recte ego mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam.

PHORMIO,

Aliquid conuasassem. atq; hinc me cōiicerem protinus in pedes.
An. Quam hic fugam, aut furtum parat? Ge.
Sed vbi Antiphonem reperiā? aut quā quærere insistā via? Ph.
Te nominat. An nescio q̄d magnū hoc nūcio expecto malū Ph
Ah sanus ne es? Ge. domū ire ne pergā, ibi plurimum est?
Ph. reuocemus Hominem An. sta ilico, Ge. hem,
Satis ꝓ impio quisq̄s es. An Geta, Ge ipse est quē volui obuiā.
An Cedo qd portas obsecro? atq; id (si potes) verbo expedi vno
Ge. Faciā, An. eloquere. Ge. mō apud portū, An meū ne?
Ge. Intellextin, An. occidi. Ge. hem, An. Quid agam?
Ph quid ais? Ge huius patrē vidisse me patruum tuum, An.
Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inueniā miser?
Quod si eo meæ fortunæ redeunt Phanium abs te vt distrahar?
Nullast mihi vita expetenda. Ge ergo istæc cū ita sint Antipho.
Tanto magis te aduigilare æquomst, fortes fortuna adiuuat, An
Nō sum apud me, Ge atq opus est nūc cū maxīe vt sis Antipho,
Nā si te senserit timidū pater esse, arbitrabitur,
Cōmeruisse culpā. Ph hoc verūst, An nō possū īmutarier Ge.
Quid faceres, si aliquid grauius tibi nunc faciundum foret? An.
Cū hoc nō possū, illud minꝰ possē. Ge hoc nihil est Phædria,
Quid conterimus operam frustra? quin abeam (ilicet,
Ph. & quidem ego. An. obsecro,
Quid si assimulabo satin est? G garris. A. vultū cōtēplamini, hē
Satin sic est? Ge. non, An. quid si sic? Ge. propemodum,
An. quid si sic est? Ge. sat est.
Hem istuc serua, & verbum verbo par pari vt respondeas.
Ne te iratus suis seuis dictis protelet. An. scio.
Ge. Vi coactum te esse, inuitum, lege iudicio tenes?
Sed quis hic est senex quē video in vltima platea? An ipsus est.
Non possum adesse. Ge. ah quid ais? quo abis Antipho? mane
Mane inq̄, An. egomet me noui, & peccatum meum.

Vobis commendo Phanium. & vitam meam,

PH. Geta quid nunc fiet? GE. tu iam lites audies.

Ego plectar pendens. nisi quid me fefellerit.

Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus.

Id nos metipsos facere oportet Phædria.

PH. Aufer, mihi oportet, quin tu quod faciam impera,

GE. Meministin olim vt fuerit nostra oratio,

In re incipiunda ad defendendam noxiam,

Iustam illam causam, facilem, vincibilem, optumam,

PH. Memini, GE. hem nunc ipsast opus. aut siquid potes

Meliore, & callidiore, PH. fiet sedulo. GE.

Nunc prior adito tu, ego insidijs hic ero

Succenturiatus, si quid deficies. GE. age,

DEMIPHO, GFTA, PHAEDRIA,

i Tane tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo?

Nec meũ impiũ (age, omitto imperiũ) nõ simultatẽ meã

Revereri? saltem non pudere? o facinus audax, o Geta

Monitor, GE vix tandẽ. DE qd mihi dicẽt, aut quã cãm reperiẽt?

Demiror. GE atq repperi iã, aliud cura. DE an ne hoc dicẽt mihi

Inuitus feci, lex coegit? audio, et fateor, GE. placet,

DE. Verum scientem, tacitum, causam tradere aduersarijs,

Etiã ne id lex coegit? PH illud durũ. GE ego expediã, sine, DE.

Incertũ est qd agã: qa præt spẽ, atq incredibile hoc mihi obtigit,

Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum istituere.

Quam ob rem omnes cum secunde res sunt, tũ maxime

Meditari secum oportet, quo pacto aduorsam ærumnam ferant.

Pericla, damna, exilia, peregre rediens semper cogites

Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ,

Communia esse hæc, fieri posse, vt ne quid animo sit nouum,

Quicquid preter spem eueniat omne id deputato esse in lucro

GE. O Phædria incredibilest, quantõ herum anteeo sapientia.

Meditata mihi sunt omnia mea incommoda, herus si redierit,
Vsqꝫ molendum esse pistrino, vapulandum, habende compedes.
Opus ruri faciundum, horum nihil quicq̄ accidet animo nouum.
Quicquid preter spem eueniet, omne id deputabo in lucro.
Sed quid cessas hominem adire, & blande in principio alloqui?
De. Phædriam mei fratris video filium mihi ire obuiam.
Ph. Mi patrue salue. **De.** salue, sed vbi est Antipho?
Ph. Saluum te venire gaudeo **De.** credo, hoc responde mihi,
Ph. Valet, hic ē, sed satin omnia ex sententia?
De. Vellem quidem. **Ph.** quid istuc? **De.** rogitas Phedria?
Bonas me absente hic confecistis nuptias. **Ph.**
Eho an id succenses nunc illi? **Ge.** o artificem probum
De. Ego ne illi non succenseam, ipsum gestio dari
Mihi in conspectu, nunc sua culpa vt sciat
Lenem patrē, illū factū me esse acerrimū. **Ph.**
Atqui nihil fecit patrue quod succenseas. **De.**
Ecce aūt similia omnia, omnes congruunt.
Vnum cognoris. omnes noris. **Ph.** haud ita st. **De.**
Hic in noxa est, ille ad defendendam causam adest.
Cum ille abest, hic præsto est, tradūt operas mutuas. **Ge.**
Probe eorū facta imprudens depinxit senex. **De.**
Nam ni hæc ita essent cum illo haud stares Phædria. **Ph.**
Si est patrue culpam vt Antipho in se admiserit.
Ex qua re minus rei foret, aut famæ obtemperans.
Non causam dico, quin quod meritus est ferat
Sed si quis forte malitia fretus sua
Insidias nostræ fecit adulescentiæ
Ac vicit, nostran ea culpa est? an iudicum?
Qui sæpe propter inuidiā adimunt diuiti?
Aut propter misericordiā addunt pauperi? **Ge.**
Ni nossem causam crederem hunc vera loqui. **De.**

An quisq̃ iudex est qui possit noscere
Tua iusta, vbi tu te verbum non respondeas,
Ita vt ille fecit? **Ph.** functus adulescentuli est
Officium liberalis, postq̃ ad iudices
Ventumst, non potuit cogitata proloqui,
Ita eum timidũ obstupefecit pudor
Ge. Laudo hunc, sed cesso adire q̃primum senem?
Here salue, saluum te aduenisse gaudeo. **De.** oh
Bone custos salue, columen vero familiæ,
Cui commẽdaui filium hinc abiens meum,
Ge. Iam dudum te omnes nos accusare audio
Immerito, & me omnium horum immeritissimũ.
Nam quid me in hac re facere voluisti tibi?
Seruum Hominẽ causam orare leges non sinunt.
Neq̃ testimonij dictio est. **De.** mitto omnia. adde
Istuc imprudens, timuit adulescens, sino
Tu seruus, verum si cognata est maxime,
Non fuit necesse habere, sed id quod lex iubet
Dotem daretis, quæreret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domũ? **Ge.**
Non ratio, verum argentum deerat, **De.** sumeret
Alicunde. **Ge.** alicunde? nihil est dictu facilius. **De.**
Postremo, si nullo alio pacto, vel fœnore **Ge.**
Hui dixti pulchre, siquidem quisq̃ crederet
Te viuo. **De.** non? non sic futurũ est, non potest
Ego ne illã cũ illo vt patiar nuptã vnũ diem?
Nihil suaue meritum est, hominem cõmonstrarier
Mihi istum volo, aut vbi habitet demonstrarier. **Ge.**
Nempe Phormionẽ? **De.** istum patronũ mulieris? **Ge.**
Iam faxo hic aderit. **De.** Antipho vbi nũc est? **Ph.** foris. **De.**
Abi Phædria, eum require, atq̃ adduce huc. **Ph.** eo

PHORMIO.

Recta via equidē illuc. Ge. nempe ad pamphilam. De.
At ego Deos penatis hinc salutatum domū
Deuortar, inde ibo ad forum, atq; aliquot mihi
Amicos aduocabo ad hanc rem qui adsient,
Vt ne imparatus sim cum adueniat Phormio.

PHORMIO, GETA.

i Ta ne p̄ris ais cōspectū veritū hic abisse? Ge. admodū
Ph. phaniū relictā solā? Ge. sic, Ph. et iratū sene?
Ge. Oppido, Ph. ad te summa solum Phormio rerum redit
Tu te hoc intristi, tibi omne est exedendū, accingere, Ge.
Obsecro te, Ph. si rogitabit Ge. in te spes est, Ph. ecce rē,
Quid si reddet? Ge. tu impulisti. Ph. sic opior Ge. subueni
Ph. Cedo sene, iam instructa sunt mihi corde cōsilia oīa Ge.
Quid ages? Ph. qd vis nisi vt maneat Phaniū, atq; ex crimīe hoc
Antiphonē eripiā, atq; in me omnē irā deriuē senis? Ge.
O vir fortis, atq; amicus, verū hoc sæpe Phormio
Vereor. ne istæc fortitudo in neruum erūpat deniq;. Ph. ah,
Non ita est, factumst periculū, iam pedū visast via,
Quot me censes homines iam deuerberasse vsq; ad necem
Hospites, tum ciues? quo magis noui, tanto sæpius,
Cedo dum an vnq̄ iniuriarū audisti mihi scriptā dicā? Ge.
Quid istuc? Ph. quia nō rete accipitri tendit, neq; Miluo
Qui male faciunt nobis, illis qui nihil mali faciunt tenditur,
Quia eñ in illis fructus est, in his opera luditur,
Alijs alicūde est periculū, vnde aliquid abradi potest
Mihi sciunt nihil esse, dices ducent damnatū domū,
Alere nolūt hominē edacē, et sapiūt mea qdē sententia,
Pro maleficio si beneficiū summū nolunt reddere. Ge.
Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia? Ph.
Immo eñ nemo satis pro merito gratiā regi refert
Te ne ad simbolū venire vnctū, atq; lautum e balneis

Ociosum ab animo, cū ille & cura, & sumptu absumit
Dum tibi fit quod placeat, ille ringit, tu rideas
Prior bibas, prior decūbas, cœna dubia apponit Ge.
Quid istuc verbi est? Ph. vbi tu dubites quid sumas potissimū,
Hæc cū ratione ineas, q̄ sint suauia, & q̄ cara sint,
Ea q̄ pbet nō tu hunc habeas plane psente deū? Ge.
Senex adest, vide quid agas, prima coitio est acerrima
Si eam substinueris, post illā iam vt lubet ludas licet

DEMIPHO, GETA, PHORMIO,

N vnq̄ cuiq̄ contumeliosius
e Audistis factam iniuriam q̄ hæc est mihi?
Adeste quæso, Ge. iratus est, Ph. quin tu hoc ages
Iam ego hunc agitabo, proh deū immortaliū fidem,
Negat Phaniū esse hanc sibi cognatā Demipho?
Hanc Demipho negat esse cognatā? Ge. negat, Ph.
Neq; eius patrem se scire qui fuerit? Ge. negat, De.
Ipsum esse opinor de quo aiebam, sequimini, Ph.
Nec Stilphonē ipm scire qui fuerit? Ge. negat Ph.
Quia egens relicta est misera, ignoratur parens
Negligitur ipsa, vide auaritia quid facit. Ge.
Si herum insimulabis auariciæ male audies. De.
O audaciā. etiā me vltro accusatū aduenit. Ph.
Nam iam adulescēti nihil est quod succenseam
Si illum minus norat. quippe homo iam grandior
Pauper. cui opera vita erat. ruri fere
Se continebat. ibi agrum de nostro patre
Colendum habebat. sæpe interea mihi senex
Narrabat se hunc negligere cognatū suum
At quem virū? quem ego viderim in vita optumū. Ge.
Videas te. atq; illū vt narras. Ph. abi in malam crucem
Nam ni ita eum existimassem. nunq̄ tam graues

Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam,
Quam is aspernatur, nunc tam illiberaliter. **Ge.**
Pergin hero absenti male loqui impurissime? **Ph.**
Dignū aūt hoc illo est. **Ge.** ain tandem carcer? **De.** Geta. **Ge.**
Bonorū extortor, legū cōtortor. **De.** Geta, **Ph.**
Responde. **Ge.** qs homo est? ehem. **De.** tace. **Ge.** absenti tibi
Te indignas, seq; dignas contumelias.
Nunq; cessauit dicere hodie. **De.** ohe desine.
Adulescens primū abs te hoc bona venia expeto.
Si tibi placere potis est, mihi vt respondeas
Quem amicū tuū ais fuisse istum, explana mihi.
Et qui cognatū me sibi esse diceret. **Ph.**
Proinde expiscare quasi non nosses. **De.** nossem. **Ph.** ita **De.**
Ego me nego, tu qui ais redige in memoriā. **Ph.**
Eho tu cōsobrinū tuū non noras? **De.** enecas.
Dic nomen. **Ph.** nomē? maxume. **De.** quid nunc taces? **Ph.**
Peri hercle, nomen perdidi. **De.** hem, qd ais? **Ph.** Geta.
Si meministi id q̄d olim dictum est subijce, hem
Non dico quasi non noris, tentatū aduenis. **De.**
Egon aūt tento? **Ge.** Stilpho. **Ph.** atq; adeo quid mea?
Stilpho ē. **De.** quē dixti? **Ph.** Stilphonē iq̄ nō noueras? **De.**
Neq; ego illū noram, neq; mihi cognatus fuit
Quisq; istoc nomine. **Ph.** ita ne? non te horū pudet?
At si talentū rem reliquisset decem. **De.**
Di tibi malefaciant. **Ph.** primus esses, memoriter
Progeniem vestrā vsq; ab auo, atq; atauo p̄ferens. **De.**
Ita vt dicis, ego tum si aduenissem, qui mihi.
Cognata ea esset dicerem: itidem tu fa ce, cedo
Qui est cognata? **Ge.** en noster recte, heus tu caue. **Ph.**
Dilucide expediui, quibus me oportuit
Iudicibus, tum si id falsum fuerat. filius

Cur non refellit? De. filium narras mihi?
Cuius de stultitia dici vt dignū est non potest, Ph.
At tu qui sapiens es magistratus adi
Iudicium de eadē causa iterum vt reddant tibi
Quando quidē solus regnas, & soli licet
Hic de eadem causa bis iudicium adipiscier. De.
Et si mihi facta iniuriast, verumtamen
Potiusq; lites secter, aut q̄ te audiam
Itidem vt cognata si sit, id quod lex iubet
Dotem dare, abduce hanc. minas quinq; accipe. Ph.
Ah, ah, hæ, hō suauis, De. qd est? num iniquom postulo?
An ne hoc qdē adipiscar ego, quod ius publicū est? Ph.
Ita ne tandē quæso, itidem vbi meretricē abusus sis
Mercedem dare lex iubet ei, atq; amittere
An vt ne quid turpe ciuis in se admitteret
Propter egestatem, proximo iussa est dari
Vt cū vno ætatem degeret, quod tu vetas? De.
Ita proximo quidē, at nos vnde, aut q̄ ob rem? Ph. ohe
Actū aiūt, ne agas, De. non agam? immo haud desinam
Donec pfecero hoc, Ph. ineptis. De. sine modo, Ph.
Postremo tecum nihil rei nobis Demipho est
Tuus est damnatus gnatus non tu, nam tua
Præterierat iam ad ducendū ætas, De. omnia hæc
Illum putato, quæ ego nunc dico dicere,
Aut quidē cum vxore hac ipsum prohibeo domo. Ge.
Iratus est, Ph. tu te idem feceris melius. De.
Itan es paratus facere me aduorsum omnia
Infœlix? Ph. metuit hic nos, tam & si sedulo
Dissimulat. Ge. bene habent tibi principia, Ph. qn quod est
Ferundū feras, tuis factis dignum feceris
Vt amici inter nos simus, De. egon tuam expetam

Amicitiã, aut te visum, aut auditũ velim? **Ph.**
Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam
Senectutem oblectet, respice ætatem tuam. **De.**
Te oblectet, tibi habe. **Ph.** minue vero irã. **De.** hoc age,
Satis iam verborum est, nisi tu properes mulierem
Abducere, ego illam ejciam, dixi Phormio **Ph.**
Si tu illam attigeris, secus q̃ dignum est liberã
Dicam impingam tibi grandẽ. dixi Demipho.
Si quid opus fuerit. heus domo me. **Ge.** intelligo

DEMIPHO. GETA. HEGIO.
CRATINVS. CRITO.

q Vanta me cura, & sollicitudine affecit
Gnatus, qui me, seq; hisce impediuit nuptijs.
Neq; mihi in conspectum prodit, vt saltem sciam
Quid de hac re dicat, quidue sit sententiæ.
Abi tu, vise, redierit ne iam, an nõ dum domũ. **Ge.**
Eo. **De.** videtis quo in loco res hæc siet.
Quid ago? dic Hegio. **He.** ego Cratinum censeo
Si tibi videt. **De.** dic Cratine. **Cra.** mene vis? **De.** te,
Cra. ego que in rem tuam sint ea velim facias. mihi
Sic hoc videtur, quod filius te absente hic
Egit, restitui in integrũ æquom est, & bonum
Et id impetrabis, dixi. **De.** dic nunc Hegio. **He.**
Ego sedulo hunc dixisse credo, verum ita est.
Quot Homines, tot sententiæ, suus cuiq; mos est
Mihi non videtur quod sit factum legibus.
Rescindi posse, & turpe inceptũ ẽ. **De.** dic Crito. **Cri.**
Ego amplius deliberandum censeo
Res magna est. **He.** nunqd nos vis? **De.** fecistis probe
Incertior sum multo q̃ dudũ. **Ge.** negant
Redisse. **De.** frater est expectandus mihi.

Is quod mihi dederit de hac re consilium id exequar.
Percontatum ibo ad portum quoad se recipiat.
Ge. At ego Antiphonem queram, vt quæ acta hic sint, sciat.
Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere,

ANTHIPHO, GETA,

e Nimuero Anthipho multis mōis cū istoc aīo es vitupe:
Ita ne hic abisse, & vitā tuā tutādā aliis dedisse? (rādus
Alios tuam rem credidisti magis q̄ te animaduersuros?
Nam vt vt erāt alia, illi certe quæ nunc domi tuæ est consuleres,
Nequid propter tuam fidem decepta pateretur mali
Cuius nunc misere spes, opesq; sunt in te vno omnes sitæ, **Ge.**
Equidē here nos iā dudū hic te absentē incusamꝰ, q abieris, **An.**
Te ipsum quærebā, **Ge.** sed ea cā nihilo magis defecimꝰ, **An.**
Loquere obsecro, quo nam in loco sunt res, et fortunæ meæ?
Nunquid patri subolet? **Ge.** nihil etiā. **An.** ecqd spei porrost?
Ge. nescio, **An.** ah, **Ge.**
Nisi phædria haud cessauit ꝓ te eniti. **An** nihil fecit noui. **Ge.**
Tū Phormio itidē mihi in hac re vt in aliis hoīē strenuū ꝓbuit. **An.**
Quid is fecit? **Ge** cōfutauit verbis admodū iratum patrem. **An**
Hei Phormio, **Ge** ego q̄d potui porro, **An** mi Geta omīs vos
Ge. Sic habēt pricipia sese vt dico, adhuc trāquilla res est, (amo
Mansurusq; patruū pater ē. dū huc adueniat. **An** q̄d eū? **Ge** vt
Aiebat, De eius consilio velle sese facere quod ad hāc rē attinet.
An. Quantus metus est mihi venire huc saluū nūc patruū Geta?
Nā ꝑ eiꝰ vnā (vt audio) aut viuam, aut moriar sententiam. **Ge**
Phædria tibi adest, **An** vbi nā? **Ge** eccū a sua palestra exit foras,

PHAEDRIA, DORIO, ANTIPHO, GETA,

d Orio audi obsecro. **Do** nō audio, **Ph** parū p. **Do.**
Qui omitte me, **Ph** Audi q̄d dicā. **Do** at em̄ tedet iā audire ea
dē milies, **Ph** At nūc dicā q̄d lubent audias, **Do** loqre audio.
Ph. Nequeo te exorare vt maneas triduū hoc, q̄ nūc abis **Do.**

R

Mirabar si tu mihi quicq̄ afferres noui. **An.**
Hei metuo Lenonē ne q̄d suo suat capiti. **Ge.** idē ego metuo.
Ph. nō mihi credis? **Do.** ariolare. **Ph.** sin fidē do? **Do.** fabulæ
Ph. feneratū istuc beneficiū tibi pulchre dices. **Do.** logi. **Ph.**
Crede mihi gaudebis facto verū hercle hoc ē. **Do.** somniū **Ph.**
Experire, nō est longū. **Do.** cantilenā eandē canis. **Ph.**
Tu mihi cognatus, tu parēs, tu amicus, **Do.** garris mō. **Ph.**
Adeo ingenio te esse duro, atq̄ inexorabili,
Vt neq̄ misericordia, neq̄ præcibus molliri queas? **Do.**
Adeon te esse incogitantē. atq̄ imprudentē Phædria
Vt faleratis dictis seducas me, & meā ductes gratis? **An.**
Miseritū st. **Ph.** hei veris vincor, **Ge.** q̄ vterq̄ ē similis sui. **Ph.**
Neq̄ Antipho alia cum occupatus esset solicitudine,
Tū hoc eēt mihi obiectū malū **An.** ah, q̄d istuc āt ē Phædria **Ph.**
O fortūatissime Antipho. **An.** ego ne? **Ph.** cui q̄d amas domi ē
Nec cū huiusmodi vnq̄ vsus venit, vt cōflictares malo. **An.**
Mihin domi st? immo q̄d aiunt, auribus teneo lupū,
Nam neq̄ quo mō a me amittā inuenio, neq̄ vti retineā scio **Do.**
Ipsum istuc mihi in hoc est. **An.** eia ne parū leno sies.
Nunq̄d hic cōfecit? **Ph.** hicine? homo inhūanissimus
Pāphilā meā vēdidit. **Ge.** q̄d? vēdidit? **An.** ain vendidit? **Ph.**
Vēdidit. **Do.** q̄ indignū facinus, ancillā ære emptam suo. **Ph.**
Nequeo exorare vt maneat, & cum illo vt mutet fidem
Triduū hoc, dū id quod est promissū ab amicis argentū aufero
Si nō tū dedero vnā p̄terea horā ne optus sies. **Do.**
Obtūdis. **An.** haud longum st id quod orat Dorio, exoret sine,
Idē hoc tibi q̄d bene p̄meritus fueris cōduplicauerit. **Do.**
Verba istæc sunt. **An.** Pāphilā ne hac vrbe priuari sines?
Tum præterea horū amorē distrahi poteris pati? **Do.**
Neq̄ ego, neq̄ tu. **Ge.** Di tibi oīnes id quod est dignū duint,
Do. Ego te cōpluris aduorsum ingeniū meū menses tuli

Pollicitantē, & nihil ferentē, flentē, & nunc cōtra hæc omīa,
Repperi qui det, neq lachrymet, da locū melioribus. **AN.**
Certe hercle si satis cōmemini. tibi quidē olim est dies
Qua dares huic p̄cōstituta. **PH.** factū. **DO.** nū ego istuc nego?
AN. Iā ne ea p̄terijt? **DO.** nō, verū ei hæc āncessit. **AN** nō pudet
Vanitatis? **DO.** minime, dū ob rē.
GE. sterquilinium. **PH.** Ah Dorio.
Ita ne tandē facere oportet? **DO.** sic sum, si placeo vtere. **AN.**
Sicine hūc decipis? **DO.** immo enīuero Antipho hic me decipit,
Nam hic me huismodi sciebat esse, ego hūc esse aliter credidi,
Is me fefellit, ego isti nihilo sum aliter ac fui.
Sed vt vt hæc sunt, tamē hoc faciā, cras mane argentū mihi
Miles se dare dixit, si mihi prior tu attuleris Phædria,
Mea lege vtar, vt potior sit qui prior ad dandū est. vale,

PHEDRIA, ANTIPHO, GETA,

q Vid faciā? vn̄ ego nūc tā subito huic argētū iueniā miser?
Cui min⁹ nihilo est, q̄d si hic potuisset nūc exorarier
Triduū hoc, p̄missum fuerat, **AN.** ita ne hūc patiemur Geta,
Fieri miserum? qui me dudum vt dixti adiuuerit comiter,
Quin cū opus ē beneficiū rursum ei expiamur reddere? **GE.**
Scio eq̄dē hoc eē æquū. **AN.** age ergo, sol⁹ seruare hūc potes **GE.**
Quid faciā? **AN.** iuenias argētū. **GE.** cupio, sed id vn̄ edoce. **AN.**
Pat adest hic. **GE.** scio, sed q̄d tū? **AN.** ha, dictū sapiēti sat ē. **GE.**
Ita ne? **AN.** ita. **GE.** sane hercle pulchre suades, etiā tu hinc abis?
Non triumpho ex nuptijs tuis si nihil nanciscor mali
Ni etiā nunc me huius causa quærere in malo iubeas cruce? **AN.**
Verū hic dicit. **PH.** q̄d? ego vobis Geta alien⁹ sū? **GE.** haud puto
Sed parum ne est. quod omnibus nunc nobis succenset senex
Ni instigemus etiam, vt nullus locus relinquatur præci **PH.**
Alius ab oculis meis illam in ignotū hinc abducet locū? hem
Dum igitur licet, dumq adsum loquimini mecū Antipho.

PHORMIO,

Cōtemplamini me, An. q̄ ob rē? aut qd nā facturus cedo, Ph.
Quoquo hinc asportabit terrarū certū st persequi,
Aut perire, Ge. Di bene vortat qd agas, pedetētim tñ, An.
Vide si qd opis potes afferre huic, Ge. Si qd, qd? An. qre obse-
Ne qd plus min⁹ ve faxit q̄d nos post pigeat. Geta. Ge. (cro.
Quæro, saluus est vt opinor, verum em̄ metuo malū. An.
Noli metuere, vna tecū bona, malaq̄ tolerabimus? Ge.
Quātū opus est tibi argēti: loqre. Ph. solæ triginta minæ, Ge.
Triginta? hui percara ē Phædria, Ph. istæc vero vilis est. Ge.
Age age, inuentas reddā. Ph. o lepidū caput. Ge.
Aufer te hinc. Ph. iam opus est, Ge. iam feres.
Sed opus est mihi Phormionem ad hāc rem adiutorē dari, An.
Presto ē audacissime, oneris quid vis impone, & feret,
Solus est homo amico amicus Ge. eamus ergo ad eū oci⁹ Ph.
Abi dic præsto vt sit domi An.
Nunqd est q̄d opa mea vobis opus sit: Ge. nihil, verū abi domū,
Et illā miserā, quā ego nūc intus scio esse exanimatam metu
Consolare. cessas? An. nihil est æquæ quod faciā lubens, Ph.
Qua via istuc facies: Ge. dicā in itinere, modo te hinc amoue,

Prouerbiū

DEMIPHO, CHREMES.

Vid? qua profectus causa hinc es lemnum Chremes?
Adduxtin tecū filiā? Ch. non. De. quid ita non?
Ch. Postq̄ videt me eius mater hic esse diutius,
Simul autem non manebat ætas virgiuis
Meam negligentiam ipsam cum omni familia
Ad me profectam esse aiebant. De. quid illic tam diu
Quæso igitur commorabere, vbi id audiueras?
Ch. Pol me detinuit morbus. De. vnde? aut q̄? Ch. rogas?
Senectus ipsa est morbus, sed venisse eas
Saluas audiui ex nauita, qui illas vexerat.
De. Quid gnato obtigerit me absente, audistin Chremes. Ch.

Senij incōmoda

Quod quidem me factum cõsiliĳ incertũ facit,
Nam hanc conditionẽ si cui tulero extrario,
Quo pacto aut vnde mihi sit dicendum ordine est
Te mihi fidelem esse æquæ, atq; egomet sum
Scibam, ille si me alienus affinem volet
Tacebit. dum intercedet familiaritas
Sin spreuerit me, plusq̃ opus est scito, sciet.
Vereorq;, ne vxor aliqua hoc resciscat mea,
Quod si scit, vt me excutiam, atq; egrediar domo
Id restat, nam ego meorum solus sum meus. **DE.**
Scio ita esse, & ideo istæc mihi res solicitudini est.
Neq; defecisc ar vnq̃ ego experirier,
Donec tibi id quod pollicitus sum effecero

GETA,

e Go hominem callidiorem vidi neminem
Quam Phormionem, venio ad hominem, vt dicerem,
Argento opus esse, & id quo pacto fieret.
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat.
Gaudebat, me laudabat, quærebat senem.
Dis gratias agebat, tempus sibi dari,
Vbi Phædriæ se ostenderet nihilominus
Amicum esse q̃ Antiphoni: hominem ad forum
Iussi opperiri: eo me esse adducturum senem.
Sed eccum ipsum, quis est vlterior: at at Phædriæ
Pater venit, sed quid pertimui autem belua?
An quia quos fallam pro vno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe vtier.
Petam hinc vnde a primo institui. is si dat sat est,
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc odoriar hospitem.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO,

e Xpecto q̃ mox recipiat huc sese Geta,

Sed patruū cum patre video astantem, hei mihi,
Quam timeo aduētus huius quo impellat patrē. **Ge.**
Adibo hosce, o noster Chreme. **Ch.** salue Geta. **Ge.**
Venire saluum volupest. **Ch.** credo. **Ge.** quid agit? **Ch.**
Multa aduenienti vt fit, noua hic cōpluria. **Ge.**
Ita de Antiphone audistin quæ facta? **Ch.** omnia. **Ge.**
Tum dixeras huic facinus indignū Chreme
Sic circū iri? **De.** cum hoc id agebā cōmodū. **Ge.**
Nam hercle ego quoqꝫ id mecum agitans sedulo
Inueni (opīor) remediū huic rei. **De.** quid Geta?
Quod remediū? **Ge.** vt abiȷ abs te, fit forte obuiam
Mihi Phormio. **Ch.** qui Phormio? **Ge.** is, qui istā **Ch.** scio,
Ge. Visum est mihi, vt eius tentarem sententiam.
Prehendo hominē solum, cur non inq̄ Phormio
Vides inter vos sic, hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, q̄ꝫ cum mala?
Herus liberalis est, et fugitans litium.
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modo
Vno ore authores fuere, vt præcipitem hanc daret. **An.**
Quid hic ceptat? aut quo euadet hodie? **Ge.** an legibus
Daturum pœnas dices si illam eiecerit?
Iam id exploratum est, eia sudabis satis.
Si cum illo inceptas homine ea eloquentia est,
Verum pone esse victum eum, at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ
Postq̄ꝫ hominem his verbis mollirier sentio
Soli sumus nunc hic inq̄. eho dic quid velis dari
Tibi in manū vt herus his desistat litibus,
Hæc hinc facessat, tu molestus ne sies. **An.**
Satin illi Di sunt propitiȷ? **Ge.** nam sat scio
Si tu aliquā partem æqui, boniqꝫ dixeris.

Vt est ille bonus vir, tria non cõmutabitis
Verba hodie inter vos. **De.** quis te istæc iussit loqui. **Ch.**
Immo non potuit melius peruenirier
Eo quo nos volumus. **An.** occidi. **De.** perge eloqui. **Ge.**
At primo homo insanibat. **De.** cedo quid postulat. **Ge.**
Quid: nimiũ, quantũ libuit. **De.** dic. **Ge.** si quis daret
Talentũ magnũ. **De.** immo malũ hercle, vt nihil pudet. **Ge.**
Quod dixi adeo ei, quæso quid si filiam
Suam vnicam locaret: parui rettulit
Non suscepisse. inuenta est quæ dotem petat
Vt ad pauca redeam. ac mittam illius ineptias
Hæc deniq; eius fuit postrema oratio
Ego inquit iam a principio amici filiam
Ita vt æquom fuerat volui vxorem ducere
Nam mihi veniebat in mentem eius incommodũ
In seruitutem pauperem ad ditem dari
Sed mihi opus erat. vt aperte tibi nunc fabuler
Aliquantum quæ afferret, qui dissoluerem
Quæ debeo, etiam nunc si volt Demipho
Dare, quantũ ab hac accipio. quæ sponsa ẽ mihi
Nullam mihi malim q̃ istanc vxorem dari. **An.**
Vtrum stultitia facere ego hunc. an malitia
Dicam scientem an imprudentem incertus sum **De.**
Quid si animã debet. **Ge.** ager oppositus est pignori
Ob decẽ minas inquit **De.** age age iã ducat dabo **Ge.**
Aediculæ item sunt ob decẽ alias. **De.** hoi hui
Nimiũ est. **Ch.** ne clama, petito hasce a me decem **Ge.**
Vxori emunda ancillula st, tum aũt pluscula
Supellectile opus est, opus est sumptu ad nuptias
His rebus sane pone inquit decem minas. **De.**
Sexcentas perinde potius scribito iam mihi dicas

Nota

Incõmoda rei vx

Nihil do, impuratus me ille vt etiam irrideat?

Ch. Quæso ego dabo, quiesce, tu modo filius

Fac vt illam ducat, nos quam volumus. **An.** hei mihi

Geta, occidisti me tuis fallacijs,

Ch. Mea causa ejicitur, me hoc æquom est amittere, **Ge.**

Quantum potes me certiorem inquit face.

Si illam dant, hanc vt amittam ne incertus siem.

Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare,

Ch. Iam accipiat, illis repudium renunciet,

Hanc ducat, **De.** que quidem illi res vortat male.

Ch. Oportune adeo nuuc argentum mecum attuli,

Fructum quem lemni vxoris reddunt prædia.

Id sumam, vxori, tibi opus esse dixero.

ANTIPHO, GETA,

g Eta, **Ge.** hem, **An.** qd egisti? **Ge.** emũxi argento senes? **An.** Satin id est? **Ge.** nescio hercle, tm̃ iussus

sum. **An.** Eho verbero, aliud mihi respondes ac rogo?

Ge. Quid ergo narras? **An.** quid ego narrem? opera tua.

Ad restim mihi quidem res redijt planissime.

Vt te quidem omnes Dij, Deæq;, superi. inferi

Malis exemplis perdant, hem si quid velis

Huic mandes, quod quidem recte curatum velis,

Qui te ad scopulum ẽ tranquillo inferat

Quid minus vtibile fuit, q̃ hoc vlcus tangere,

Aut nominare vxorem? iniecta est spes patri

Posse illam extrudi, cedo, nunc porro Phormio

Dotẽ si accipiet, vxor ducẽda ẽ domũ. Quid si fiet? (causa scilicet,

Ge. non enim ducet. **An.** noui cæterũ Cũ argentũ repetet nr̃a

In neruum potius ibit. **Ge.** nihil est antipho.

Quin male narrando possit deprauarier.

Tu id quod boni est excerpis, dicis quod mali est.

Audi nunc contra iam, si argentum accœperit,
Ducenda est vxor vt ais, concedo tibi.
Spacium quidem tandem apparandis nuptijs,
Vocandi sacrificandi dabitur paululum.
Interea amici quod polliciti sunt dabunt
Argentum. id istis reddet. **An.** q̄ ob rem? aut quid dicet?
Ge. rogas? Quot res post illa monstra euenere mihi?
Introijt in ædes alter alienus canis.
Anguis per impluuium decidit de tegulis,
Gallina cecinit, interdixit hariolus.
Haruspex vetuit ante brumam aliquid noui
Negotij incipere, quæ causa est iustissima?
Hæc fient. **An.** vt modo fiant. **Ge.** fient me vide.
Pater exit, abi, dic esse argentum Phædriæ.

DEMIPHO, GETA, CHREMES,

Vietus esto inq̄, ego curabo ne quid verborum duint.
Hoc temere nūq̄ amittā ego a me, qn mihi testes adhibeā
Cui dem, et q̄ ob rē dē cōmemorabo, **Ge** vt cautꝰ ē vbi nihil opꝰ ē.
Ch. Atq; ita opus factost, at matura dū libido eadē hæc manet:
Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reijciat, **Ge.**
Rem ipsam putasti, **De.** duc me ad eum ergo,
Ge. non moror, **Ch.** vbi hoc egeris,
Transito ad vxorem meam, vt conueniat hanc priusq̄ hinc abeat,
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum. ne succenseat.
Et magis esse illum idoneum qui ipsi sit familiarior.
Nos nostro officio nihil egressos esse. quantum is voluerit
Datū eē dotis. **De.** qd tua (malū) id refert: **Ch.** magni demipho
De. Nō sat est tuū te officiū fecisse, si non id fama approbat, **Ch.**
Volo ipsius quoq; voluntate fieri hoc, ne se eiectā prædicet, **De.**
Idē ego istuc facere possum, **Ch.** mulier mulieri magis congruet,
De. Rogabo, **Ch.** vbi nunc illas ego reperire possim cogito,

SOPHRONA. CHREMES,

Vid agā? quē mihi amicū inueniā misera? aut cui cōsilia
Hæc referam? aut vnde nunc mihi auxilium petam?
Nam vereor hera ne ob meum suasum indigne iniuria afficiatur.
Ita patrem adulescentis facta hæc tolerare audio violenter. Ch.
Nā quæ hæc est anus exanimata, a fratre quæ egressast meo. So.
Quod vt facerem egestas me impulit, cum scirē infirmas nuptias
Hasce esse, vt id consulerem, interea vita vt in tuto foret. Ch.
Certo ædepol (nisi me animus fallit) aut parū oculi prospiciunt,
Meæ nutricē gnatæ video, So. neq; ille inuestigatur.
Ch. qd agā? So. Qui est eius pater.
Ch. adeon, an maneo, dū ea q̄ loqtur magis cognoscā? So.
Quod si eū nunc reperire possim? nihil est quod verear.
Ch. ea ē ipsa, Colloquar, So. quis hic loquitur?
Ch. Sophrona, So. & meum nomen nominat. Ch.
Respice ad me, S Di obsecro vos, ē hic Stilpho? Ch. nō, So.
Negas? Ch Cōcede hinc a foribꝰ paululū istorsū sodes Sophrona.
Ne me istoc posthac noīe appellassis, So. quid? non es obsecro.
Quē semper te esse dictitasti? Ch est, So. quid has metuis fores
Ch. Conclusam hic habeo vxorē sæuā, verum istoc de nomine
Eō perperam olim dixi. ne vos forte imprudentes foris
Effutiretis, atq; id porro aliqua vxor mea rescisceret, So.
Hem istoc pol nos te hic inuenirē miseræ nūq̄ potuimus, Ch.
Eho dic mihi quid tibi rei est cū familia hac. vnde exis? (uit gnata
Aut vbi illæ sūt? So. miserā me. Ch. hē qd ē? viuūt ne? So. vi
Matrē ipsam ex ægritudine miserā mors cōsecuta est. Ch.
Male factū. So. ego aūt quæ essem anus deserta, egens, ignota,
Vt potui virginē nuptū locaui huic adulescenti, q̄ ē dn̄s ædiū
Ch. Antiphoni ne? So. hē isti ipi. (hāc solā. Ch.
Ch. qd? duas ne is vxores habet? So. hau obsecro vnā qdē ille
Quid illa altera quæ dicit̄ cognata? So. hæc ē. Ch. qd ais? So.

Compoſito factumſt.quo modo hanc amans habere poſſet
Sine dote. **Ch.** Di voſtram fidem.q̄ ſæpe forte temere
Eueniunt.quæ non audeas optare. offendi aduenìens
Qui cum volebam.atq; vt volebam collocatam filiam
Quod nos ambo opere maximo dabamus vt fieret operā
Sine noſtra cura maxima. ſua cura hæc ſola fecit. **Ho.**
Nunc quid facto eſt opus vide,pater adoleſcentis venit
Eūq; animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. **Ch.** nihil periclist,
Sed p deos atq; homines meā eſſe hanc caue reſciſcat qſq;. **Ho.**
Nemo ex me ſcibit. **Ch.** ſequere me,cætera intus audies

DEMIPHO, GETA,

Oſtrapte culpa facimus,vt malos expediat eſſe,
n Dum nimiū dici nos bonos ſtudemus,& benignos
Ita fugias,ne præter cauſam quod aiunt.nonne id ſat erat
Accipere ab illo iniuriā? etiā argentū eſt vltro obiectū
Vt ſit qui viuat,dum aliquid aliud flagitij conficiat. **Ge.**
Planiſſume. **De.** is nūc præmiūſt q̄ recta praua faciūt. **Ge.**
Veriſſime. **De.** vt ſtultiſſime quidē illi rem geſſerimus. **Ge.**
Modo vt hoc conſilio poſſit diſcedi,vt iſtam ducat. **De.**
Etiā ne id dubiumſt? **Ge.** haud ſcio,hercle vt homoſt,an mutet
Animū. **De.** hem mutet aūt? **Ge.** neſcio,verum ſi forte dico.
De. Ita faciam,vt frater cenſuit,vxorem huc eius adducam
Cum iſta,vt loquatur,Geta abi,prænuncia hanc venturam.
Ge. Argentum inuētum eſt Phædriæ,de iurgio ſiletur.
Prouiſum eſt in præſentia hæc hinc abeat,quid nunc porro
Quid fiet? in eodem luto hæſitas,vorſuram ſolues
Geta,præſens quod fuerat malum in diem abijt,plagæ creſcūt
Niſi proſpicis,nunc hinc domum ibo,ac Phanium edocebo,
Ne quid vereatur Phormionem,aut eius orationem,

DEMIPHO, NAVSISTRATA, CHREMES,

a Gedum vt ſoles Nauſiſtrata,fac vt illa placetur nobis.

Vt sua volũtate id quod est faciundũ faciat. Na. faciã. De.
Parit nũc opa tua me adiuues. ac dudũ re opitulata es. Na.
Factũ volo. ac pol queo minus viri culpa. q̃ me dignumst. De.
Quid aũt? Na. quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur, nam ex his prædijs talenta argenti bina
Statim capiebat, hem vir viro qd præstat? De. bina q̃so? Na.
Ac rebus vilioribꝰ multo, tñ duo talenta. De. hui. Na.
Quid hæc tibi videt? De. scilicet. Na. virũ me natã velle,
Ego ostenderẽ. De. certo scio. Na. q̃ pacto? De. parce sodes,
Vt possis cũ illa, ne te adulescens mulier defatiget. Na.
Faciã, vt iubes, sed meũ virũ abs te exire video. Ch. hẽ Demipho
Iã illi datũ est argentũ? De. curaui ilico. Ch. nollem datũ,
Hei video vxore, pene plusq̃ sat erat. De. cur nolles Chreme. Ch.
Iã recte De. qd tu? ecqd locutꝰ cũ ista es, q̃ ob rẽ hãc ducimꝰ? Ch.
Transegi. De. quid ait tandẽ? Ch. abduci non potest.
De. quid nõ põt? Ch. Quia vterq̃ vtriq̃ est cordi.
De. quid istuc nostra? Ch. magni, præter
Hæc, cognatã cõperi esse nobis. De. quid deliras? Ch. sic erit
Nõ temere dico, redi mecũ in memoriã. De. satin sanꝰ es? Na.
Hau obsecro vide ne in cognatã pecces. De. nõ est. Ch. ne nega
Pr̃is nomẽ aliud dictũ est. hoc tu errasti. De. nõ norat patrẽ?
Ch. Norat. De. cur aliud dixit? Ch. nũq̃ ne hodie cõcedes mihi
Neq̃ intelliges? De. si tu nihil narres? Ch. pergis?
Na. miror quid hoc siet. De.
Equidẽ hercle nescio. Ch. vin scire? at ita me seruet Iupiter.
Vt propior illi q̃ ego sum, ac tu nemo est. De. Di vostrã fidem
Eamꝰ ad ipam vna oẽs nos, aut scire, aut nescire hoc volo.
Ch. ah. De. qd id est? Ch. ita ne paruã mihi fidẽ esse apud te.
De. vin me credere,
Vin satis quæsitũ mihi istuc esse? age fiat, quid illa filia.
Amici nostri? qd futurũ est? Ch. recte,

De. hanc igitur mittimus? Ch. Quid ni, De. illa maneat.
Ch. sic. De. ire igitur tibi licet Nausistrata.
Na. Sic pol commodius esse in omnis arbitror, q̄ vt cœperas
Manere hanc, nam perliberalis visa ē cum vidi mihi. Ch.
Quid istoc negocij ē? De. iam ne opperuit hostium? De. iam,
Ch. o Iupiter.
Di nos respiciunt, gnatā inueni nuptam tuo filio, De. hem.
Quo pacto id potuit? Ch. nō satis tutus est ad narradū hic locus
De At tu intro abi, Ch. heus ne filij nr̄i quidē hoc rescíscāt volo,

ANTIPHO,

Aetus sum vt vt meæ res sese hn̄t fratri obtigisse q̄d volt.
Quam scitū est eiusmodi parare in animo cupiditates,
Quib⁹ cum res aduersæ sient, paulo mederi possis.
Hic simul argentum vt repperit, cura sese expediuit.
Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis.
Quin si hoc celetur in metū, sin patefit in probro siem.
Neq; me domum nunc reciperem. ni mihi esset spes ostentata
Huiusce habendæ, sed vbi nam Getam inuenire possum?
Vt rogem quod tempus conueniendi patris me capere iubeat?

PHORMIO, ANTIPHO,

Rgentum accepi, tradidi lenoni, abduxi mulierem,
Curaui, ppria ea Phædria vt potiret, nā emissa ē manu,
Nunc vna res restat mihi, quæ etiam conficiunda, ocium
A senibus ad potandū vt habeā, nā aliqt hos sumā dies, An.
Sed Phormio est, q̄d ais? Ph q̄d? An q̄d nā nūc factur⁹ Phædria?
Quo pacto facietatem amoris ait se velle sumere? Ph.
Vicissim partis tuas acturus est, An. quas? Ph vt fugitet patrem.
Te suā rogauit rursum vt ageres causam. vt p se diceres
Nam potaturus est apud me, ego me ire senibus Sunium
Dicā ad mercatum, ancillulam emptum, quā dudū dixit Geta,
Ne cum hic non videant me conficere credant argentum suum,

PHORMIO,

Sed hoſtiũ cõcrepuit abs te, An vide qs egrediat̃. Ph Geta eſt.

GETA, ANTIPHO, PHORMIO,

O Fortuna, o fors fortuna quantis cõmoditatibus,
Quã ſubito hero meo Antiphoni ope veſtra hunc honoraſtis die?
An. Quid nã hic ſibi volt? Ge. noſq; amicos eius exoneraſtis
Sed ego nũc mihi ceſſo, qui nõ humerũ hũc onero pallio. (metũ
Atq; hominẽ ꝓpero inuenire, vt hæc quæ contigerint ſciat? An.
Num tu intelligis quid hic narrat? Ph. num tu?
An. nihil? Ph. tantundem ego. Ge.
Ad lenonẽ hic ire pergã ibi nũc ſunt. An heus Geta, Ge hẽ tibi,
Nũ mirũ, aut nouũ ẽ reuocari curſum cũ iſtitueris? An Geta, G.
Pergit hercle, tu nũq̃ tuo odio vinces me. An nõ manes. Ge.
Vapulabis. An. id tibi quidẽ iã fiet niſi reſiſtis verbero, Ge.
Curialis vernula eſt qui me vocat?
Familiariorẽ oportet eẽ hũc q minitat̃ malũ, ſed is ne ẽ, quẽ q̃ro, an
Ph. Congredere actutum. An. quid eſt? Ge. (nõ? ipſe.
Omnium quantũ eſt qui viuant hominum homo honoratiſſime,
Nam ſine controuerſia a Dis ſolus diligere Antipho,
An. Ita velim, ſed qui iſtuc credam ita eſſe mihi dici velim,
Ge. Statin eſt, ſi te delibutũ gaudio reddo? An. enecas? Ph.
Quin tu hinc pollicitationes aufer, & quod fers cedo. Ge. oh.
Tu quoq; hic aderas Phormio? Ph. aderã. ſed qd ceſſas. Ge.
Vt modo argentũ tibi dedimus apud forũ recta domũ (accipe hẽ
Sumus ꝑfecti, interea mittit her⁹ me ad vxorẽ tuã An
Quã ob rẽ Ge omitto ꝓloqui nam nihil ad hãc rẽ eſt Antipho.
Vbi in Gynecæum ire occipio, puer ad me accurrit Mida
Pone apprehendit pallio reſupinat reſpicio, rogo
Quam ob rem retineat ait eſſe vetitum intro ad heram accedere
Sophrona modo fratrem huc inquit ſenis introduxit Chremem
Eumq; nunc eſſe intus cum illis, hoc vbi ego audiui ad fores
Suſpenſo gradu placide ire perrexi acceſſi aſtiti

Anima cōpressi.aurē admoui,ita animū cœpi attendere.
Hoc modo sermonē captās. **An.** euge geta. **Ge.** hic pulcherrimū
Facinus audiui,itaq; pene hercle exclamaui gaudio. **Ph.**
Quod: **Ge.** q̃d nā arbitrare? **An.** nescio,
Ge. atqui mirificissimū.
Patruus tuus pater est inuentus Phanio vxori tuæ, **An.** hem
Quid ais? **Ge.** cū ei⁹ cōsueuit olim matre in Lēno clanculū, **Ph.**
Somniū, vtin hæcignoraret suū patrē? **Ge.** aliquid credito
Phormio esse causæ, sed me censen potuisse omnia
Intelligere extra hostiū, intus quæ inter se ipsi egerint? **Ph.**
Atq; hercle ego q̃q; illā audiui fabulā, **Ge.** immo etiā dabo,
Quo magis id credas, patruus interea inde huc egreditur foras,
Haud multo post cum patre idem recipit se intro denuo
Ait vterq; tibi potestatem se eius habendæ dare
Deniq; ego sum missus te vt te reqrere, atq; adducerē, **An.**
He q̄n ergo? rape me. q̄d cessas? **Ge.** fecero, **An.** o mi Phormio
Vale, **Ph.** vale Antipho bene ita me Di ament factū gaudeo
Tantam fortunam de improuiso esse his datam
Summa eludendi occasio st mihi nunc senes,
Et Phædriæ curam adimere argentariam
Ne cuiq̄ suorum equalium supplex siet.
Nam idem hoc argentū ita vt ingratis est datum
His datum erit, hoc qui cogam re ipsa repperi,
Nunc gestus mihi, voltusq; est capiundus nouus
Sed hinc concedam in angiportū hoc proximū,
Inde hisce ostendam me, vbi erunt egressi foras.
Quo me assimulauerā ire ad mercatū, non eo.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES,

Is magnas merito gratias habeo, atq; ago.
d Quando euenere hæc nobis frater prospere.
Quantum potest nunc conueniundus Phormio est

S ij

Priusq̃ dilapidet nostras triginta minas
Vt auferamus. Ph. Demiphonem si domi est
Visam vt q̃d. De. at nos ad te ibamus Phormio. Ph.
De eadem hac fortasse cā? De. ita hercle. Ph. credidi,
Quid ad me ibatis? ridiculum, an verebamini
Ne non id facerem quod recepissem semel?
Heus heus, quantacunq; hæc mea paupertas est, tamen adhuc
Curaui vnum hoc quidem, vt mihi esset fides.
Ch. Est ne ita (vt dixi) liberalis? De. oppido. Ph.
Itaq; ad vos venio nunciatum Demipho,
Paratum me esse, vbi voltis vxorem date.
Nam omnes posthabui res mihi, ita vt par fuit,
Postq̃ tantopere id vos velle animum aduorteram.
De. At hic dehortatus est me ne illam tibi darem.
Nam quis erit rumor populi inquit, si id feceris?
Olim cum honeste potuit tum non est data.
Nunc viduam extrudi turpe e, ferme eadem omnia
Quæ tu te dudum coram me incusaueras. Ph.
Satin superbe illuditis me? De. qui? Ph. rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere,
Nam quo ore redibo ad eam quam contempserim, Ch.
Tum autem Antiphonem video ab sese amittere,
Inuitum eam inique. De. tuum autem video filium
Inuitum sane mulierem ab se amittere.
Sed transi sodes ad forum, atq; illud mihi
Argentum iube rursum rescribi Phormio.
Ph. Quod? ne ego prescripsi porro illis quibus debui? De.
Quid igitur fiet? Ph. si vis mihi vxorem dare
Quam despondisti, ducam, sin est vt velis
Manere illam apud te, dos hic om̃is maneat Demipho,
Nam non est æquom me propter vos decipi.

Cum ego vestri honoris causa repudium alteri
Remiserim, quetandundem dotis dabat.
De. I hinc in malam rem cum istac magnificentia,
Fugitiue, etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? Ph. irritor. De. tun hanc duceres
Si tibi data esset? Ph. fac periculũ. De. vt filius
Cum illa habitet apud te hoc vestrum consilium fuit.
Ph. Quæso quid narras? De. quin tu mihi argentum cedo.
Ph. Immo vero, tu vxorem cedo, De. in ius ambula.
Ph. In ius enimuero, si porro esse odiosi pergitis,
De. Quid facies? Ph. ego ne? me vos indotatis modo.
Patrocinari fortasse arbitramini;
Etiam dotatis soleo. Ch. quid id nostra? Ph. nihil;
Hic quãdam noram, cuius vir vxorem. Ch. hẽ. De quid est.
Ph. Lemni habuit aliam, Ch. nullus sum, Ph. ex q̃ filiam.
Suscepit, & eam clam educat. Ch. sepultus sũ. Ph.
Hæc adeo illi ego iam denarrabo, Ch. obsecro
Ne facias. Ph. oh tun his eras? De. vt ludos facit. Ch.
Missum te facimus. Ph. fabulæ. Ch. quid vis tibi?
Argentum quod habes cõdonamus. Ph.
Quid vos (malum) ergo me sic ludificamini,
Inepti vestra puerili sententia?
Nolo, volo, nolo volo, rursum cedo, cape.
Quod dictum indictumst, quod erat ratum, irritumst.
Ch. Quo pacto, aut vnde hæc hic resciuit? De. nescio;
Nisi me dixisse id memini id certo scio.
Ch. Monstri (ita me Di ament) simile
Ph. inieci scrupulum, De. hem,
Hicine vt a nobis hoc tantum argenti auferat
Tam aperte irridens? emori hercle satius est,
Animo virili præsentiq; vt sis para.

Vides peccatũ tuum esse elatum foras
Neq; iam id celare posse te vxorem tuam
Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit Chreme
Id nos met indicare placabilius est
Tum hunc imparatum poterimus nostro modo
Vlcisci. Ph. at at, nisi mihi prospicio, hæreo,
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Ch.
At vereor vt placari possit? De. bono animo es,
Ego redigam vos in gratiam hoc fretus Chreme,
Cum de medio excessit, vnde hæc susceptast tibi, Ph.
Ita ne agitis mecum? satis astute aggredimini?
Non hercle ex re istius me instigasti Demipho.
An tu vbi peregre tibi quod libitum fuit feceris,
Neq; huic sis veritus fœminæ primariæ,
Quin nouo modo ei faceres contumelias,
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hisce ego dictis illam ita tibi incensam dabo,
Vt ne restinguas lachrymis si extillaueris, De
Malum quod isti Dii, Deæq; omnes duint.
Tanta ne affectum hominem quenq̃ esse audacia?
Non ne hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras? Ch. in id redactus sum loci
Vt quid agam cum illo nesciam prorsus. De. ego scio.
In ius eamus. Ph. in ius? huc si quid lubet. De.
Assequere, ac retine, dum ego hinc seruos euoco,
Ch. Etenim nequeo solus, accurre huc. Ph. vna iniuriast
Tecum. Ch. lege agito ergo. Ph. altera est tecum Chreme,
De. Rape hunc. Ph. ita ne agitis? eniuero voce est opus.
Nausistrata exi. Ch. os opprime. De. impurum vide
Quantum valet. Ph. Nausistrata inq. Ch. non taces? Ph.
Taceam. De. nisi sequitur, pugnos in ventrem ingere,

Vel oculum exculpe, PH. est vbi vos vlciscar locus

NAVSISTRATA, CHREMES, PHORMIO, Demipho,

Vis noiat me? CH. hem, NA. qd istuc turbæ ē obsecro
Mi vir. PH. hem qd nūc obstupuisti? NA. qs hic hō ē?
Non mihi respondes? PH. hicine nunc vt tibi respondeat
Qui hercle vbi sit nescit? CH. caue isti quicq̄ credas. PH.
Abi, tange, si nō totus friget. me eneca. CH.
Nihil est. NA. quid ergo est. qd istic narrat? PH. iam scies,
Ausculta. CH. pergin credere? NA. quid ego obsecro
Huic credam, qui nihil dixit? PH. delirat miser
Timore. NA. non pol temere ē quod tu tam times. CH.
Egon timeo? PH. recte sane quando nihil times.
Et hoc nihil est quod ego dico, tu narra. DE. scelus
Tibi narret? PH. eho tu factū est. abs te sedulo
Pro fratre, NA. mi vir non mihi narras?
CH. at, NA. quid, at? CH.
Non opus est dicto, PH. tibi quidem, at scito huic opus est
In Leno, CH. hem qd ais? DE. non taces?
PH. clam te, CH. hei mihi, PH.
Vxorem duxit, NA. mi homo Di melius duint PH.
Sic factū est, NA. perij misera, PH. et inde filiam
Suscepit iam vnam dum tu dormis, CH. quid agimus? NA.
Proh Di immortales, facinus miserandū, et malū PH.
Hoc actum est NA. an quicq̄ hodie est factū indignius?
Quā mihi, vbi ad vxores ventum est, tum fiunt senes
Demipho te appello, nam me cum hoc distædet loqui
Hæcine erant itiones crebræ, et mansiones diutinæ
Leni? hæcine erat ea quæ nostros fructus minuit vilitas? DE.
Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam non nego,
Sed ea. quæ sit ignoscenda. PH. verba fiunt mortuo, DE.
Nam neq; negligentia tua, neq; id odio fecit tuo,

Vinolentus fere ab hinc annos quindecim mulierculam
Eam compressit, vnde hæc nata'st, neq; post illam vnq̃ attigit.
Ea mortem obijt, e medio abijt, qui fuit in re hac scrupulus,
Quã ob rem te oro, vt alia tua facta sunt, æquo animo hoc feras.
Na. Quid ego æquo animo? cupio misera in hac re iã defungier
Sed quid sperem? ætate porro minus peccaturum putem?
Iam tum erat senex, senectus si verecundos facit.
An mea forma, atq; ætas nunc magis expetenda est Demipho?
Quid mihi affers, q̃ ob rem expectem, aut sperẽ porro non fore?
Ph. Exequias Chremeti, quibus est cõmodũ, ire iã tempus est.
Sic dabo, age nunc, age, Phormionem qui volet lacessito,
Faxo tali sit mactatus atq; hic est infortunio,
Redeat sane in gratiam, iam supplicij satis est mihi
Habet hæc ei quod dum viuat vsq; ad aurem obganniat.
Na. An meo merito credo, qd ego nũc cõmemorẽ tibi demipho
Sigillatim, qualis in hunc fuerim? **De.** noui æque omnia
Tecũ, **Na.** meriton hoc meo videtur factum?
De. minime gentium,
Verum quando iam accusando fieri infectum non potest,
Ignosce, orat, cõfitetur, purgat, quid vis amplius? **Ph.**
Enimuero priusq̃ hæc dat veniã, mihi prospiciam. & Phædriæ,
Heus Nausistrata priusq̃ huic respondeas temere, audi, **Na.** qd ẽ?
Ph. Ego minas triginta per fallaciam ab illo abstuli.
Eas dedi tuo gnato, is pro sua amica lenoni dedit. **Ch.**
Hem quid ais? **Na.** adeon hoc indignum tibi videtur, filius
Homo adulescens si habet vnam amicam, tu vxores duas
Nihil pudet? quo ore illum obinrgabis? responde mihi.
De. Faciet vt voles. **Na.** immo vt iam scias meam sententiam,
Neq; ego ignosco, neq; promitto quicq̃, neq; respondeo,
Priusq̃ gnatum videro, eius iudicio permitto omnia.
Quod is iubebit faciam. **Ph.** mulier sapiẽs es nausistrata **Na.**

Satin tibi est? Ph. immo vero pulchre discedo & probe,
Et præter spem. Na. tuū nomē dic quod est Ph. mihin?
Phormio vestræ familiæ hercle amicus, & tuo summus phædriæ.
Na. Phormio, at ego ecastor posthac tibi q̄d potero, & q̄ voles.
Faciā atq; dicā. Ph. benigne dicis Na. pol meritū ē tuum. Ph
Vin primum hodie facere quod ego gaudeam Nausistrata?
Et q̄d tuo viro oculi doleāt? Na. cupio. Ph. me ad cœnā voca,
Na. Pol vero voco. De. eamus intro hinc.
Ch. fiat, sed vbi est Phædria
Iudex noster? Ph. iam hic faxo aderit,

VALETE ET PLAVDITE CAL-
LIOPIVS, RECENSVI,

DE TRIPLICI COMEDIARVM DIFFERENTIA

Vna siquidem Comedia antiqua est, quæ prima palam omnes incessebat, Media vero per ænigmata, Noua quæ in exteros, aut seruos aut pauperes inuehebatur. Artifex priscæ Comœdiæ, & poeta insignis fuit Aristophanes. Eupolis, & Cratinus. Mediæ vero Plato non ille philosophus, & Pherecrates, Tertiæ autem Menander, Philemon, & Philistion. Cæterum primam Comœdiam ad Eupolidem vsq; quidam asserunt peruenisse, quem ob Baptas in Alcibiaden summum Atheniensium imperatorem per strictas comprehensum, & sublimem raptum, in pelagus præcipitare militibus suis mandauit Alcibiades. vnde quidē referunt ip̄m diu inter fluctus naufragiū euasisse. Sed postea reipublicæ edicto, Alcibiades edixit, ne quis Atheniensem in Comœdia incesseret, Tuncq; Eupolidem, Cratinum, Pherecratem. Platonem, atq; Aristophanem icos quosdam inuolutos, in quemuis p̄temptasse Idq; secundum Comœdiarū genus appellatum, quod tam diu viguit, quoad ne obscure quidem perstringi ciuem voluere. Nam post in humiles, & extremæ sortis homines, aut in cuiuscunq; generis exteros conuersi sunt, Quod sane tertium Comœdiæ gen⁹ fuit, a Menandro, & Philemone celebratum, qui omnem Comœdiæ acerbitatem mitigauerunt, a quibus Romanos suas fabulas transtulisse perhibetur, apud quos primus Liuius Andronicus latino sermone Comœdiam scripsit, excito ex Hetruria ludione, qui hyster vocabatur, a quo hystrionis nomen emanauit.

DE PROPRIETATE COMEDIE,

Comœdiæ propriũ fuisse scribunt quidam viginti quatuor ad hibere saltatores, & quadratum chorum. Præterea conuicia, dicacesq; sermones continere. Illud quoq; minime prætereundum. q Comici Satyrici, & tragici, omnes vno nomine Comici appellati sunt, quoniam ex vicis in vrbem eruperint, qui his dedere principium. Exin distributa scribentiũ ratio est, vt Comici seruos, et humiles. Satyrici rusticos, Tragici diuites, & reges describerent. Ac sicut Comœdia a vicis, aut a somno dicta, Tragœdia ab hirco, aut a fæce. ita Satyra a Satyris, hoc est rusticis, illotis et petulãtib9 est appellata. vel a Satyra lance, quæ referta varijs, multisq; primitijs in sacris inferebatur. Notandum illud, q in Comœdia amores fere, & virginum raptus, In Tragœdia luctus, exilia, cædes introducuntur. in Comœdia pene semp exitus læti in Tragœdia tristes & liberorũ fortunarumq; priorum impar agnitio.

DE GENERE,

Duplex est Comœdiæ genus, nam Comœdiarũ alia Palliata Togata alia. Palliata Comœdia est, quæ secundũ ritus, & habitus Palliatorũ. i. Græcorũ (nam Græci supra tunicã pallium ferebãt) scænicis, atq; Græcis argumentis habitum palliorum desyderat. quæ primũ a Græcis in latinũ versa est a Liuio Andronico. quem multi deinde sunt secuti. Cecilius scilicet, Plautus, Terentius, Tur pilius. Trabea, & plures alij. Palliatarũ fabularũ genera quattuor existunt. Tragicũ in quo heroes. et reges introducebãt. Comicũ græcos ritus. & Græcas exprimebat psonas. In Satyrico fere Saty rorum psone. & ridiculæ Satyris similes. ludendi. iocandiq; causa inducunt. vt spectator inter res Tragicas, seriasq;. iocis, & lusibus delectaret. Mimica vero fabula est sermonis cuiuslibet motus, sine reuerentia. Togata Comœdia est. quæ secundũ ritus, et habitus Togatorũ. idest Romanorũ scripta est Scænicis atq; latinis argumentis, togarum habitum exprimens,

Togatarũ fabularũ species sunt quattuor, Nam aliæ pretextatæ in quibus impatorũ negocia agebant, dictæ a ptexta, qua reges, vel magistratus Romæ vtebant, Tabernariæ hũilitate psonarum, & argumentorũ similitudine, Comœdijs pares dicunt, in quibus nõ magistratus, regesq;, sed hũiles homĩes, & priuatæ domus inducunt, quæ quod olim tabulis tegerent, cõmuniter Tabernariæ vocatæ sunt, Attellanæ a ciuitate Oscorũ Atella, in qua primũ cœperunt, sunt denomĩatæ, similes Satyricis, & Græcis fabulis, Planipedes Græci dicunt Mimi, ideo a Latinis planipedes, q Actores planis pedibus. i. nudis psceniũ introiret. nõ vt Tragici Actores cũ cothurnis. neq; vt Comici cũ soccis. olim in suggestu scæne, sed in plano Orchestræ positis instrumentis Mimicis agitabant.

Lipsi in ædibus Melchiaris Lotteri, Mense
Iunio, Anno, M, D, XII,



PUB,
TERENTII
COMEDIAE
SEX

1512